




Tractatus et sermones aliquot

<https://hdl.handle.net/1874/326211>



Hs.
3 C 13

Aevum medium.
Scriptores ecclesiast.

Nº. 82.

60 (*Eccl.* 82, *antea* 296k.) *Membr. fol. 161 ff. 2 col. 1452.*

S. Augustinus, *Tractatus et Sermones aliquot*, fol. 1—107.

(Fol. 1a *Contenta vol.*) Fol. 2a. *Incipit liber beati augustini episc. de agone christiano.* Fol. 9b. *Inc. liber ... de diffinitionibus recte fidei et ecclesiasticis dogmatibus.* Fol. 14a. *Inc. liber ... de duodecim abusibus huius seculi.* Fol. 19b. *Inc. liber ... de cura agenda pro mortuis.* Fol. 28a. *Inc. tractatus ... de spiritu et anima.* (*Manu poster. adscr. Non est Aug.*) Fol. 50a. *Inc. retractatio ejusdem de duabus animabus.* Fol. 52a. *Inc. liber ... de duabus animabus.* Fol. 59a. *Incipit tabula diversorum sermonum beati augustini episcopi.* (*Sequuntur Sermones XXV quorum I est de lapsu mundi et ult. de timore Dei.*)

Ejusdem, S. Hieronymi et S. Ambrosii Sermones de V. Testamento, fol. 108—138.

Fol. 108a. *Incipit tabula Sermonum Sanctorum patrum Augustini, Hieronymi et Ambrosii de vetere testamento.* (*Sequuntur Sermones XXV.*)

Ejusdem Sermones aliquot, fol. 138b—161a.

Fol. 138b. *Explicunt sermones etc.... Item adhuc plures et diversi sermones beati augustini. Sermo ad parochianos suos.* (*Sequuntur alii XV.*) Fol. 161a. *Explicet exemplar vere fidei beati augustini episcopi. Finitur hic liber anno 1452 per manus fratris Arnoldi Aelberti regularis in Traiecto.*
„Pertinet Regularibus in Traiecto.“

Isti libri et sermones bñ augusti cōtinēt in isto volūc

- ¶ De agone xp̄iano. .j.
- ¶ De diffiniciōibz & recte fidei et cōtūstis dogmatibz. .x.
- ¶ De duodecā abusuū hui⁹ scli. .xx.
- ¶ De cura agēda p mortuis. .xx.
- ¶ De spū et aīa. .xxviij.
- ¶ De duabus aīabus. .l.
- ¶ De lapsu mūdi sermo et alij plēs sermōes q̄z oīm tabula habet. .lx.
- ¶ Omelie siue sermones de ueteri testamēto scōrū augusti
iheronimi ambrosij quoz oīm tabula habet. .C. ix.
- ¶ Sermo bñ augusti ad prothianos suos. .C. xxxix.
- ¶ Sermo de castitate seruāda et q̄ cōparat nūro. .C. xl.
- ¶ Sermo cōtra ebrietatē p̄m. .C. xli.
- ¶ Sermo cōtra ebrietatē scōs. .C. xliij.
- ¶ Sermo cōtra loquacitatē mala. .C. xliij.
- ¶ De cōtēptu mūdi ad clericos suos. .C. xlv.
- ¶ De vanitate hui⁹ scli et felicitate vite eterne. .C. xlvij.
- ¶ Sermo de p̄secutiōe xp̄iana et voto monachoz. .C. xlix.
- ¶ Sermo de bono discipline. .C. l.
- ¶ Sermo de usu p̄s' bonitatē et disciplinā et sc̄nā dote me. .C. liij.
- ¶ Sermo de obīa et vera hūilitate et cōtra supbiā. .C. liij.
- ¶ Sermo de caritate. .C. lv.
- ¶ De pugna spūs et carnis siue spūs cōtra carnē. .C. lvi.
- ¶ Sermo q̄ deus laudādus ē nō solū līgua s̄ et vita et moribz. .C. lvij.
- ¶ Sermo de miseria p̄ntis vite. .C. lvij.
- ¶ Exemplar vere fidei. .C. lix.

n^o. 256. k.

N^o. 296. k.



[Faint, mostly illegible text in a medieval script, possibly Gothic or similar. The text is arranged in several lines, with some words highlighted in red ink. The overall appearance is that of a manuscript page with significant fading and some staining.]

[A vertical column of red ink markings or a decorative border along the right edge of the page, consisting of small, repeating geometric or floral motifs.]

**Inapit liber bñ augustinu epñ:
De corona de agone
victorie xpiano**

Corona de agone victorie xpiano non pmittit nisi certantibz. In diuinis autē scripturis asidue iucim? promitti nobis coronam: si vincam?. Sed ne longu sit multa comemorare: aput apostolu paula manifestissime legit. Opus pfecta. cursu consummau. fidem seruau. ia superest michi corona iusticie. Debeim igitur cognoscere quis sit ipse aduersarius: que si vixerim? coronabimur. Ipse est enim que dñs noster prior vicit: ut etiā nos i illo permanētes vincam?. Et dei qdem uictus atq; sapientia et uerbu p qd facta sunt oia? qui filius dei unicus est: sup oem creaturam sp i comutabilis manet. Et qm sub ipo est creatura etiā q nō peccauit? qnto magis sub illo ē ois creatura peccatrix? Ergo qm sub illo sunt oēs sancti angeli? multo magis sūt sub illo omēs uariatores angeli: quoru dyabolus princeps est. Sed quā natura nrām deceperat? dignatus ē unigenitus dei filius ipām naturam nrām suscipe: ut de ipa dyabolus viceretur. Et que sp ipse sub se habet: etiā sub nobis eū esse faceret. Ip̄m significat dicens: princeps hui? mudi nullus est foras. Nō quia extra mūdū nullus ē. quo quidā heretici putant? sed foras ab animis eorū qui coheret uerbo dei. et nō diligūt mūdū au? ille princeps ē:

quia dñatus eis qui diligūt temporalia bona. q hoc mūdo uisibili cōtinētur. Nō qā ipse ē dñs hui? mudi: sed princeps cupiditatu eorū quibz cōcupiscat omne qd transit? ut eis subiacent qui negligūt eternū bonū: et diligūt instabilia et mutabilia. Radix enī oim maloz est cupiditas? quā quidā appetentes a fide errauerūt: et se ruerūt se doloribz multis. Per hanc cupiditate regnat i hoie diabolus: et cor eius tenet. Tales sunt omēs qui diligūt istū mūdū. Mittit autē diabolus foras: quando ex toto corde renūciatur huic mūdo. Sic eī renūciatur diabolo. qui princeps est hui? mudi: cū renūciatur corruptelis et pompis et angelis eius. Ideoq; ipse dñs. ia triūphantē naturā hois portans: statote iquit. qā vici mūdū. qnti autē dicūt. Quō possum? vicerē dyabolū? que nō videm? Sed habem? magistrū. qui nobis demonstrare dignatus est: quō a nobis uisibiles hostes uicantur. De illo enī dixit apls. Fruens se carnē. pncipatus et p̄tates exemplauit: fiducialiter triūphans eos i semetipso. Ibi ergo uicantur. imūce nobis uisibiles q; p̄tates: ubi uicūt uisibiles cupiditates. Et ideo quia i nobis ipis uicim? temporalū cupiditates terrū: necesse ē ut i nobis ipis vincam? et illū. qui per ipas cupiditates ignat in hoie. Quādo enī dictū est diabolo terrā māducabis: dic

Ca. 2m



tū est p̄dri. terra es et i terra
ibis. Datus est ergo i abū dia
boli p̄dri. Nō sum⁹ terra: si no
lum⁹ māducari a serpente. Si
cut enī qd māducam⁹ i nrm
corpus cōuertim⁹: ut abus ip
se scdm corpus hoc efficiat qd
nos sum⁹: sic malis moribus
per nequitia et supbia. et impi
etate hoc efficitur quisq; qd di
abolus id ē filius eius: et subi
cit ei. sicut subiectū est nobis
corpus nrm. Et hoc est qd dia
mus māducari a serpente. Et
quis itaq; timet illū ignē. qui
ip̄paratus ē dyabolo et angelis
eius: det operā triumphare de
illo i semetipso. Eos enī qui fo
ris nos oppugnat itus vitam⁹:
vincendo cōcupias per quas
nobis dñantur. Et quos iue
nerit sui filis: secū ad penas
trahūt. Sic et aplūs dicit q in se
metipso pugnet adūsus p̄tates
exteriores. Aut enī. Non ē nobis
colluctatio aduersus carnē et sā
guinē: sed aduersus p̄ncipes et
p̄tates hui⁹ mūdi tenebrarū ha
rū: aduersus spūalia nequicie
i celestibz. Celū enī dicit iste aer:
ubi venti et nubes. et p̄celle et
turbines sunt: sicut etiā sc̄ptu
ra dicit multis locis. Et itonu
it de celo dñs: et aues celi. et
volatilia celi: cū manifestū
sit aues in aere volare. Et nos
i consuetudie hūc aerē celū ap
pellam⁹: nā cū de sereno uel
nubilo q̄rum⁹: aliqn dicam⁹ q
lus est aer. aliqn quale est celū.
Hec dixi: ne quis existimet i
bi habitare demonia: ubi so

lem et lunā et stellas esse deus
ordinauit. Que mala deonia
ideo aplūs appellat spūalia:
quia etiā mali angeli i sc̄ptu
ris appellatur spūs. Ideo autē
rectores harū tenebrarū eos di
cit: qm̄ p̄tores hoies tenebras
appellat. quibz isti dominantur.
Ideo et alio loco dicit. Fustis ei
aliqn tenebre: nūc autē lux in
dño. Quia ex p̄toribz iustifica
ti erant. Non ergo arbitrentur
i fumo celo habitare dyabolū
cū angelis suis unde lapsū ēē
credim⁹: sicut errauerūt mani
chei. qui dicūt ante mūdi cōsti
tutionē fuisse gentē tenebrarū.
que cōtra deū rebellauit. i quo
bello credūt miseri. oīpotentē
deū sibi nō aliter potuisse suc
cere. nisi partē suā cōtra illam
gentē mitteret. au⁹ gēnis prin
cipes sicut illi dixerunt deuora
uerūt partē dei. et tēperati sūt
ut possit de illis mūdis fabri
cari. Sic dicunt deū puenisse ad
victoriā cū magnis calamita
tibus et cruciatibz et miseris
mēbroz suorū. q̄ mēbra dicūt
esse cōmixta tenebrosis uisce
ribus principū illoz ut eos tē
perarent et a furore cōpesceret
Et nō itelligūt tā sacrilegam
esse sectā suam. ut credāt oīpo
tentē deū. nō per creaturā qua
fecerat. sed per ipam naturam
suā bellasse cū tenebris qd ne
fas est credere. neq; hoc solum
sed etiam illos qui uicti sūt fac
tos ēē meliores. qā furor eoz
cōpressus est. Dei autē natura
que uicat factū ēē miserrimā.

Ca. iij.

Dicit enim cum per ipsam commixtionem perdidisse intellectum et beatitudinem suam et magnis erroribus et cladibus esse implicatum. Quia si aliquis vel totam purgari diceret magis tamen impietate contra omnipotentem deum affirmaret. tunc parte crederet tanto tempore in erroribus et peccatis esse iactatam sine aliquo peccato crimine. Nunc vero infelices audent adhuc dicere. nec totam posse purgari. et ipsam partem que purgari non potuerit proficere ad vitulum ut inde inuoluatur et illigetur malicie sepulchrum: et sic ibi spiritus pars ipsa dei misera quam nichil peccauit. et affligit eternum carere tenebrarum. Nec illi dicunt ut simplices animas fallant. Sed quos tam simplex est ut ista non sentiat esse sacrilegum: quibus affirmat omnipotentem deum necessitate oppressum esse. ut partem suam bonam et innocentem tantis cladibus obruendam et tanta iniudicia inquinandam daret. et non totam liberare posset: et quod liberare non poterat eternis vinculis obligaret. Quis ergo ista non excrretur? Quis non intelligat impia esse et nephanda? Sed illi quando capiunt homines non ista prius dicunt. que si dicerent viderentur ac fugerentur ab omnibus: sed eligunt capitula de scripturis que simplices homines non intelligunt. et per illa decipiunt animas imperitas. querendo vnde sit malum. Sicut in isto capitulo faciunt quod ab apostolo scriptum est. rectores tenebrarum harum et spiritualia nequicie in celestibus. Querunt enim deceptores illi et interrogant hominem. scriptu-

ras diuinas non intelligentes. vnde sint in celo rectores tenebrarum. ut cum responde non potuerit. traducat ab eorum curiositate: quod omnis anima indocta curiosa est. Qui autem fidem catholicam bene didicit et bonus moribus et vera pietate munitus est: quibus eorum heresim nesciat. respondet illis tamen. Nec enim decipi potest quia iam nouit quod pertineat ad christianam fidem que catholica dicitur per orbem terrarum ipsam. et contra omnes impios et peccatores negligentes aut suos. domino gubernante securam. Quia ergo dicebam quod apostolus paulus dixisse habere nos colluctationes aduersus rectores tenebrarum harum. et spiritualia nequicie in celestibus: et probauimus istum aerem terre proximum celum vocari oportere debere aduersus diabolum et angelos eius et nos dimicare qui gaudent perturbacionibus nostris. Nam ipse apostolus alio loco dyabolum principem potantis aeris huius appellat. Quis ille locus ubi aut spiritualia nequicie in celestibus possit et aliter intelligi. ut non ipsos peruicaces angelos in celestibus esse dixerit: sed nos potius de quibus alio loco dicit. Conuersatio nostra in celis est. ut nos in celestibus constituti. id est in spiritualibus preceptis dei ambulantes: dimicemus aduersus spiritualia nequicie: que nos inde conantur abstrahere. Magis ergo istud querendum est. quomodo aduersus eos quos non videmus pugnare possimus et vincere: ne putet stulti aduersus aerem nos debere

11
al. autem sui
Ca. v.

Ca. vi.

certare. Docet itaque ipse apostolus dicens non sic pugno quasi aerem uerberans: sed castigo corpus meum et in seruitute redigo: ne forte tu alius predicaueris. ipse probus inueniar. Item dicit. Imitatores mei estote sicut et ego christi. Quare intelligendum est etiam ipsum apostolum in semetipso triumphasse de peccatis huius mundi. sicut de domino dixerat: autem se imitatore esse proficit. Imitemur ergo et nos illum sicut hortatur et castigationem corporis nostri et in seruitute redigam: si mundum volumus vincere. Quia pro illi citas delectationes suas et pompas et pniciosam curiositate nobis dominari potest hic mundus: id est ea que in humido pniciosa delectatione colligant amatores rerum temporalium: et diabolo atque angelis eius seruire cogunt: quibus omnibus si renuntiamus redigimur in seruitute corporis nostri. Sed ne quis forte hoc apertum querat. quomodo fiat ut corpus nostrum seruituti subiciamur: facile intelligat fieri posse si pro nos ipsos subiciamur deo bona uoluntate: et caritate sincera. Nam omnis creatura uelit nolit domini deo et domino suo subiecta est. Sed hoc admonem ut tota uoluntate seruiamus domino deo nostro. quoniam iustus liberaliter seruit: iniustus autem compeditus seruit. Omnes tamen diuine prouidentie seruiunt. Sed alii obaudiunt tantumquam filii. et faciunt cum ea quod bonum est: alii uero ligantur tantumquam serui. et fit de illis quod iustum est. Ita deus omnipotens dominus uniuersae creature. qui fecit omnia sicut scriptum

Ca. vii.

est bona ualde: sic ea ordinauit: ut et de bonis et de malis bene faciat. Sed enim iuste fit: bene fit. Iuste autem sunt beati. boni: et iuste mali penas patiunt. Ergo et de bonis et de malis benefaciat deus: quoniam omnia iuste facit. Boni autem sunt: qui tota uoluntate deo seruiunt. Mali autem necessitate seruiunt. Nemo enim leges omnipotentis euadit. Sed aliud est facere quod lex iubet: et aliud pati quod lex iubet. Quapropter boni secundum leges faciunt: mali uero secundum leges patiuntur. Nec vos moueat. quod in hac uita secundum carnem quam portant iusti multa graua et aspera tolerat. Nichil enim mali patiunt: qui iam potest dicere quod ille uisus spiritualis exultat et predicat apostolus dicens. Gloria mur in tribulationibus: scientes quod tribulatio patientiam operatur: patientia probatione: probatio uero spem. Spes autem non confundit: quia caritas dei diffusa est in cordibus nostris: per spiritum sanctum qui datus est nobis. Si ergo in hac uita. ubi tanta tormenta sunt. possunt boni et iusti uiri cum tanta patiuntur non solum equo animo tolerare. sed etiam in dei caritate gloriari: quid cogitandum est de illa uita que nobis promittitur. ubi nullam de corpore molestiam sentiamus? Etenim non ad hoc resurget corpus iustorum. ad quod resurget corpus impiorum: sicut scriptum est. omnes resurgemus sed non omnes immutabimur. Et ne quis quare putet. non iustis immutatione istam promitti. sed potius iustis: et eam existimet esse penalem:

sequit^r et dicit. Et mortui resur-
 gent incorrupti et nos imutabi-
 mur. Quicūq; ergo mali sunt
 sic ordinati sunt: quia vn⁹ q̄s
 q̄ sibi. et omēs iuicem sibi no-
 tent. Hoc enī appetūt. qđ per-
 niciose diligit. et qđ eis aufer-
 ri facile potest. et hoc sibi afe-
 runt iuicem qm̄ se psequūtur.
 Et ideo cruciant^r quib; auferū-
 tur tēporalia. quia diligūt ea:
 illi autem qui auferūt gaudēt.
 Sed talis leticia ceetas est: et sū-
 ma miseria: ip̄a enī magis impli-
 cat aīam et ad maiora tormen-
 ta perducat. Nā gaudet piscas.
 qm̄ hamū nō videns escā deuo-
 rat. sed cū piscator eū adducere
 ceperit. viscera eius torquetur
 p̄mo: deinde ab oī leticia sua p
 ip̄am escam de qua letatus est:
 ad consumptionē trahit. Sic sūt
 omēs qui de bonis tēporalib;.
 beatos se putant. Hamū enī ac-
 ceperūt: et cū illo sibi vagātur.
 Veniet tēpus ut sentiat: quāta
 tormēta cū auuiditate deuora-
 uerūt. Et ideo bonus nichil no-
 tent: quia hoc eis auferunt:
 qđ nō diligunt. Nam qđ diligūt
 et vnde beati sunt: auferre illis
 nemo potest. ¶ Cruciat^r vero
 corporis malas aīas miserabi-
 liter affligit: bonas autē forti-
 ter purgat. Sic fit ut et malus
 homo et malus angelus. dīne
 prudentie militent: sed nesciūt
 quid boni. de illis operet^r deus.
 Nō itaq; pro meritis offiū: sed
 pro meritis malicie stupēdiāt.
 Sed ut hee aīe que habēt volū-
 tatem notendi et rationē cogi-

tādi. sub diuis legib; ordinate
 sunt ut aliqđ iūstū quisq; pa-
 tiatur: ita oīa et aīalia et cor-
 poralia ī genere suo et ordi-
 ne suo diuine prouidēte le-
 gib; subdita admūstrāt. Ideo
 dñs dicit. Rōne duo passe-
 res ueneunt asse: et vn⁹ eoz
 nō cadit ī terrā sine uolūta-
 te patris vestri: Hoc eī dix-
 it volens ostendere qđq; vi-
 lissimū hoīes putāt oīpotē-
 tia dñi gubernari. Sic enī
 et uolatilia celi ab eo pasā-
 et ulia agri ab eo vestri ueri-
 tas loquitur: que capillos e-
 tiam nōs numeratos esse
 dicit. Sed qm̄ mūdas aīas
 rationales per seipm̄ deus
 curat. siue ī optimis et mag-
 nis angelis siue ī hoībus to-
 ta sibi uolūtate seruiētib;: te-
 tera vero per illos gubernat.
 verissime dicit potuit etiā illud
 ab ap̄lo: nō ei de bobus cura
 est deo. In scripturis enī sc̄is
 deus hoīes docet quō cū hoīb;
 agant: ut et ip̄i deo seruiant
 Quō autē agant cū pecorib;
 ip̄i stāt: id est quō salute pe-
 corū suoz gubernēt vsū et pe-
 ricia et ratione naturali. Que
 quidē oīa de magni sui creato-
 ris operib; acceperūt. Qui er-
 go potest itelligere quō vni-
 uerse creature conditor deus
 gubernet etiā per aīas sc̄as:
 que mīsteria eius sūt ī celis et
 in terris: quia et ip̄e sancte
 aīe ab ip̄o facte sūt. et ī eius
 creatura p̄matū tenēt: qui
 ergo p̄t itelligere itelligat: et

211

Ca. ix

iteret in gaudium domini sui. Si autem
non possumus hoc quod diu sumus
in corpore in quo peregrinamur
a domino: gustemus saltem partem
quod suauis est dominus. quia dedit
nobis pignus spiritum in quo
sentiamus eius dulcedinem et de-
sideremus ipsum vite fontem. Vbi
sobria ebrietate mundemur et ur-
gemur sicut lignum quod plantatum
est secus decursus aquarum. quod
fructum suum dat in tempore suo et
folia eius non decidunt. Dicit
enim spiritus sanctus. Filius autem hominum
in tegmine alarum tuarum sperabit.
Inebriabuntur ab ubertate domus
tue et torrete voluptatis tue
potabis eos: quoniam apud te est fons
vite. Talis ebrietas non evertit
mentem. sed tamen rapit sursum et obli-
uionem prestat omnium terrenorum.
sed si possumus toto affectu iam
dicere: sicut terris desiderat
ad fontes aquarum ita desiderat
anima mea ad te deus. **¶** Si forte
adhuc non possumus propter egrit-
tudines anime quas de seculo a-
more concepit. nec gustare su-
mus ydonei quod dulcis est dominus.
uel credamus domine auctoritati
quam voluit esse in scripturis sanctis
de filio suo qui factus est ei ex se-
mine dauid secundum carnem sicut
apostolus loquitur. Quia enim per ipsum
facta sunt. sicut in euangelio scrip-
tum est: et sine ipso factum est nic-
hil qui nostre imbecillitatis miser-
tus est: quam imbecillitatem non
eius opere sed nostra voluntate me-
ruimus. Nam deus hominem inexter-
minabilem fecit: et ei liberum
voluntatis arbitrium dedit. Non

Ca. x.

ei esset optimum. si dei preceptis ne-
cessitate non voluntate seruiret.
Facile est omnino quantum est existimo
quod intelligere nolunt qui catholi-
cum deseruerunt fidem. et christiani
vocari noluerunt. Nam si nobis
cum faceretur natura non sanari
nisi recte faciendo fateatur eam
non infirmari nisi peccando. Et
ideo non est credendum animam nostram
hoc esse quod deus est. **¶** Si hoc ef-
ficeret nec sua voluntate. nec aliqua
necessitate in deterius mouere-
tur: quoniam omnino incommutabilis in-
telligitur deus. Sed ab eis qui
non in contentione et emulacione
et vane glorie cupiditate amari
loqui quod nesciunt: sed humili-
tate christiana sentiant de domino in bo-
nitate. et in simplicitate cordis
querunt illum. Hanc etiam imbecilli-
tatem nostram suscipere dignatus
est filius dei: et uerbum caro fac-
tum est: et habitauit in nobis non
quia eternitas illa mutata est:
sed quia mutabilem creaturam.
mutabilium hominum oculis osten-
dit: quam incommutabili maiesta-
te suscepit. **¶** Sunt autem stulti qui
dicunt. quare non poterat aliter
dei sapientia homines liberare nisi
susceperet hominem et nasceretur
de femina: et illa omnia a peccatoribus
pateretur. **¶** Quibus dicimus.
Poterat omnino. Sed si aliter fa-
ceret: similiter nostre stulticie dis-
pliceret. Si enim non appareret
oculis peccatorum. lumen eius eter-
num quod utique per iteriores oculos
videtur: inquinatis mentibus
videri non posset. nunc autem qua
uisibiliter nos commoneat dig-

natus est. ut ad uisibilia para-
raret. displicet auaritia: quia
nō aureū corpus habuit: dis-
plicet ipudicitia quā ex feīa nat⁹
est. Multū enī oderūt ipudici
q̄ cōcipiūt et pariūt femine.
Displicet supbis: q̄ cōtumeli-
as patientissime pertulit. Dis-
plicet delicatis q̄ cruciatus est.
Displicet timidis q̄ mortuus
est. Et ut nō uicia sua uideāt
defendere: nō in hōie dicit hō
sibi displicere: sed ī filio dei. Nō
enī intelligūt quid sit eterni-
tas dei que hōiem assup̄sit: q̄
īa hūana creatura q̄ muta-
tionibz suis ī pristina firmitate
reuocabat: ut discerem⁹ doctē
īpō dño ī firmitates quas peccā-
do collegim⁹ recte faciendo pos-
se sanari. Ostendebat enī no-
bis ad quā fragilitate sua ul-
pa homo pueniret: et ex qua fra-
gilitate diuino auxilio liberet⁹.
Itaqz filius dei hōiem assup-
sit: et ī illo hūana pressus est.
Hec medicina hominū tanta
est quāta nō potest cogitari. Nā
que supbia sanari potest: si hu-
militate filii dei nō sanat⁹: Quae
auaritia sanari potest: si pau-
pertate filii dei nō sanat⁹: Quae
ira sanari potest: si paciē-
tia filii dei nō sanatur⁹: Quae ī-
pudicitia sanari potest: que caritate
filii dei nō sanatur⁹: Postremo
que timiditas sanari potest:
si resurrexerit corpus filii dei
nō sanatur⁹: Erigat spem suā
genus hūanū. et recognoscat
natura suā: et uideat quātū
locū habeat ī operibz dei. No-

111

lite uosmetip̄os contēp̄nere uiri:
filius dei uirū suscepit. Nolite
uosmetip̄as contēp̄nere feīe:
filius dei natus est ex femina.
Nolite tñ amare carnalia: quā
ī filio dei nec masculus nec feīa
sum⁹. Nolite tñ amare tempo-
ralia: quia si bene amaretur
amaret ea homo que suscepit
filius dei. Nolite timē cōtume-
lias et cruces et mortē: quia
si noceret hōi: nō ea pateret⁹
hō que suscepit filius dei. Hec
oīs hortatio que iā ubiqz p̄di-
catur. ubiqz uenerat: q̄ oēm
obedientē aiām sanat. nō es-
set ī rebus humanus. si non
essent facta illa oīa que stultis-
simis displicent. Quē dedig-
natur imitari uiciosa iactan-
tia. ut ad uirtutē p̄cipiendā
possit adduci: si erubescit imi-
tari eū de quo dictū est anteq̄
nasceret⁹ q̄ filius altissimi uo-
cabit⁹: et per omēs iā gentes
potest negare nemo q̄ filius
altissimi uocatur⁹. Si multū
de nobis sentim⁹: dignemur
eū imitari qui filius altissimi
uocat⁹. Si parū de nobis senti-
mus: audeam⁹ imitari p̄sca-
tores et publicanos qui eū imi-
tati sunt. **M**edicinā oībus
cōsulentē: oīa tumēcia cōpri-
mētē: oīa tabescēcia refi-
cientē: oīa supflua reserātē.
oīa necessaria custodientē. oīa
oīa perditā reparātē. oīa de-
prauata corrigētē. Quis iā
se extollet cōtra filiū dei: Quis
de se desperet: pro quo tā hu-
milis esse uoluit filius dei:

Quis beatam vitam esse arbitretur
 in his que contempnenda esse
 docuit filius dei? Quibus aduer-
 sitatibus cedat? qui naturam ho-
 minis a tantis persecutionibus
 custoditam credit in filio dei? Quis
 sibi clausum esse regnum celorum pu-
 tet? qui cognoscit publicanos ^{xij.}
 et meretrices. imitatos esse fili-
 um dei? Quia pueritate non ca-
 reat? qui facta et dicta iunct
 et diligit et sectatur illi? hominis.
 in quo se nobis exemplum vite
 prebuit filius dei? Itaque iam et
 masculi et femine. et omnes etas.
 et omnis huius mundi dignitas: ad
 spem vite eterne commota est.
 An neglectis temporalibus bonis:
 conuolant ad diuina. An cedunt
 eorum uirtutibus qui hec faciunt:
 et laudent quod imitari non au-
 dent. Pauca autem adhuc mur-
 murant et iam liuore torquentur.
 ut qui sua querunt in ecclesia que
 uis uideatur catholica. Aut ex
 ipso christi nomine gloriam querentes
 heretici? aut peccatum impietatis
 sue defendere cupientes iudei?
 aut curiositate uane scientie
 perdere timentes pagani. Sed
 ecclesia catholica per totum
 orbem longe lateque diffusa.
 impetus eorum temporibus priori-
 bus frangens magis magisque
 est roborata non resistendo
 sed preferendo. Fuit uero insidiosas
 eorum questiones fide irridet dili-
 gentia discutit: intelligentia
 dissoluit. Criminatores pa-
 learum suarum non curat? quia
 tempus messis et tempus arcarum
 et tempus horreorum caute dilige-

terque distinguit. Criminatores
 autem frumenti sui. aut erran-
 tes corrigit aut iudicatos iter:
 spinas et zizania computat.
 Subiciam? ergo animam deo?
 si uolum? seruituti subicere
 corpus nostrum: et de diabolo tri-
 umphare. **F**ides enim est prima
 que subiugat animam deo: deinde
 precepta uiuendi? quibus sus-
 toditis. spes nostra firmatur: et
 nutritur caritas: et lucrare i-
 cipit quod antea timido tre-
 debatur. Cum enim cognitio
 et actio beatum hominem faciat.
 sic in cognitione cauendus est
 error: sicut in actione nequam.
 est cauenda. Errat autem qui
 putat ueritate se posse cognos-
 cere: cum adhuc nequam uiuit.
Requia est autem. mundum
 istum diligere? et ea que nascuntur
 et transiunt pro magno habere.
 et ea concupiscere: et per his
 laborare ut acquirantur? et le-
 tari cum habundauerint. et timere
 ne pereant: et contristari cum pe-
 reunt. Talis uita non potest pu-
 ra illa et sincera et incommutabi-
 le uidere ueritatem? et inherere illi:
 et eternum iam non moueri.
Itaque priusquam mens nostra purgetur
 debemus credere quod intelligere
 nondum ualemus? quoniam uerissime
 dictum est per prophetam. nisi credi-
 deritis non intelligetis. Fides in
 ecclesia breuissime traditur: in
 qua commendatur eterna que i-
 telligi a carnalibus nondum possunt:
 et temporalia preterita et futura que
 pro salute hominum gessit et gestura
 est eternitas diuine prouidentie. **de fide
 catho.**

Quedam ergo in patre **Cap.**
et filio: et spiritu sancto. **ii.**

Hec eterna sunt et incommutabilia: id est unus deus. unius substantie: trinitas eterna. Deus ex quo omnia: per quem omnia: in quo omnia.

Nec eos audiamus qui dicunt patrem tantummodo esse nec habere filium nec esse cum eo spiritum sanctum: sed ipsum patrem aliquando appellari filium: aliquando spiritum sanctum. Nesciunt enim principium ex quo sunt omnia: et ymaginem eius per quam sunt et formantur omnia: et sanctitatem eius in qua ordinantur omnia. **Capitulum**

Nec eos audiamus **tertiu.**
qui indignantur et stomachantur: quia non tres deos colendos dicimus. Nesciunt enim quid sit una eademque substantia: et functionibus suis illuduntur: quia solent videre corporaliter vel animalia tria. vel quatuor corpora tria. locis suis esse separata. Sic putant intelligendam substantiam dei: et multum errant quia superbi sunt: et non possunt discernere quia nolunt credere. **Capitulum quartu.**

Nec eos audiamus qui patrem solum verum deum et sempiternum dicunt: filium autem non de ipso genitum. sed ab ipso factum de nichilo: et fuisse tempus quando quod non erat: sed tamen primum locum tenere in omni creatura: et spiritum sanctum inordinis maiestatis esse quod filium et ipsum factum esse post filium: et horum trium diversas esse substantias. tanquam aurum et argentum et eramicum. Nesciunt enim quid loquantur: et de his rebus quas per oculos carnos videre consueverunt:

varias ymagines ad disputationes suas transferunt. Cuius a re vera magnum est metere conspiciere generationem que non fit ex aliquo tempore sed eterna est: et ipsam caritatem et sanctitatem qua generator et generatur ineffabiliter sibi copulatur. Magnam et difficile est hec metere conspiciere: etiam si pacata et tranquilla sit. Non potest ergo fieri ut illi hoc videant qui terrenas generatodes nimis intuentur: et ad istas tenebras addunt adhuc fumum: quem sibi contentionibus et certaminibus cotidianis excitare non cessant: habentes animas carnis affectibus defluentes: tanquam ligna humore saginata: in quibus ignis fumum solum vomit: et habet flamas lucidas non potest. Et hoc quod de omnibus hereticis transiit dicitur. Credentes ergo incommutabilem trinitatem: credamus etiam in dispensatione temporalem: pro salute generis humani esse natum deum. **Capitulum quintu.**

Nec eos audiamus qui filium dei primo christum iheresum nichil esse aliud quam hominem dicunt: sed ita iustum ut dignus sit appellari filius dei. Et hos enim catholica disciplina misit foras: quia vane glorie cupiditate decepti. contentiose disputare voluerunt: antequam intelligerent quid sit dei virtus et dei sapientia: et in principio verbum per quod facta sunt omnia: et quod verbum caro factum est et habitavit in nobis. **Capitulum sextu.**

Nec eos audiamus qui non verum hominem suscepisse fili-

Ca. xvij

Ca. xvij

um dei: neq; natū esse de fecia di-
cunt: sed falsam carnē et ymagi-
nē simulatā corporis humani
ostendisse uidentibz. Nesciunt
ei quo substantia dei adūstrā
vniuersam creaturā iquinari
ōino nō possit: et tamen p̄dicāt
istū uisibilem solem radios su-
os per omēs feces et sordes cor-
porū spargere et eos mūdōs et
sinceros ubiq; seruare. Si ergo
uisibilia mūda. uisibilibz imū-
dis cōtingi possunt. et nō coin-
quinari. q̄tomagis inuisibilis
et icōmutabilis ueritas. p̄ sp̄m
aiām. et per aiām corpus sus-
cipiens toto hoīe assumpto. ab
ōibus eū infirmitatibz nulla
sua cōtamināione liberauit. Ita-
q; magnas p̄caūtur angul-
tias. et cum timet q̄ fieri non
potest. ne hūana carne ueritas
iquinet: ueritate dicūt eē men-
titā. Et tū ille p̄cepit dices. sit
ī ore v̄ro est. est. nō nō. Et apls
clamet. Nō erat ī illo est et nō.
sed est ī illo erat. isti totū corp⁹
eius falsam carnē fuisse cōten-
dunt. ut nō sibi uideātur imi-
tari xpm si nō suis auditoribz
menciantur. **Caplm. vii.**

Ca. xix

Dec eos audiam⁹ qui trini-
tatem quidē ī vna eter-
na substantia cōfiteantur. sed ho-
minē ipsum qui tēporali dis-
pensatione susceptus ē. audet
dicere nō habuisse hoīs mētē.
sed solā aiām et corpus. hoc
est dicere. Nō fuit hō: sed mē-
bra corporū habebat hūana
Aiām enī et corpus habet et
bestie. sed rationē nō habet.

que mētis est ppria. Sed si excenā-
di sunt illi qui eū negāt hūanū
corpus habuisse. qd̄ est ifiniū ī
hoīe? miror q̄ isti nō erubescūt.
qui eū hoc negant habuisse qd̄
est optimū ī hoīe. Multū ei est
lugenda mens hūana si vin-
atur a corpe suo. Siquidē ī
illo hoīe non reformata est.
ī quo ipsum corpus hūanū
iam dignitatē forme celestis
accepit. Sed absit ut credam⁹
hoc q̄ confinxit temeraria ce-
ritas et superba loquacitas.

xx. Dec Caplm. viii.
Dec eos audiam⁹ qui sic
dicunt ab illa eterna sapienā
susceptū esse hominē qui de
uirgine natus est: quo et alii
hoīes ab ea sapientes fiūt. qui
perfecte sapientes fiūt. Nesciūt
enī ppriū illius hoīs sacramen-
tū? et putāt hoc solū eū plus
habuisse iter ceteros btissimos.
q̄ de uirgine natus ē. Qui ipm
si bene considerāt. fortassis ac-
cedant ideo illū hoc p̄ter ceteros
meruisse: q̄ aliquid ppriū p̄ter
ceteros habet etiā ipsa suscepto.
Aliud est enī sapientē tm fieri p̄
sapienā dei: et aliud ē ipam per
sonā sustinē sapienā dei. Quibus
enī eadē natura sit corpus eccle-
sie multū tm distare iter caput
et mēbra cetera quis nō itelligat.
Si enī ecclesie caput est homo
ille. cui⁹ susceptioe uerbu⁹ caro
factū est et habitauit ī nobis.
mēbra cetera sunt omēs sancti.
quibz p̄ficiat et cōplet ecclesia.
Quo ergo aiā totū corpus nos-
trū aiāmat et uiuificat: sed ī

capite et uidendo sentit et audiendo
 et odorando et gustando et tangē-
 do? i ceteris autē mēbris tangē-
 do tm̄: et ideo capiti cuncta subiec-
 ta sunt ad operandū? illud autem
 supra collocatū est ad cōsulendū;
 quia ip̄ius aīe que cōsulit torpi
 quodāmodo personā sustinet et
 caput: ibi enī omēs sensus ap-
 parent? sic vniuerso ip̄lo scōrū
 tāq̄ vni corpori caput ē media-
 tor dei et homin: homo xp̄s ihs.
 Et p̄terea sapientia dei et ubi
 i principio per qd̄ facta sūt oīa.
 nec sic assūpsit hōiem illū ut ce-
 teros sanctos? sed multo excellē-
 tius multoq̄ sublimi? quō ip̄m
 solū assūmi oportuit in quo sa-
 pientia hōibus appareret. sicut
 ea uisibilis decebat ostendi. **Ca. x.**
 p̄ter aliter sūt sapientes ceteri
 hōies quicūq̄ sunt uel ēē potu-
 erūt ul' poterūt. et aliter ille v-
 nus mediator dei et homin hō
 xp̄s ihs: qui sapie ip̄ius per
 quā fuit sapientes quicūq̄ ho-
 mines. nō solū beneficia ha-
 bet sed etiā personā gerit. De
 ceteris enī sapientibz et sp̄ua-
 libus aīnis recte dici potest.
 q̄ habeant i se uerbū dei per
 qd̄ facta sunt oīa. sed i nullo
 eorū recte dici potest. q̄ uerbū
 caro factum est et habitauit
 i nobis. qd̄ in solo dño nostro
 ih̄u xp̄o rectissime dicit. **Ca. ix**

Nec eos audiam? qui soli
 corpus huānū susceptū
 esse dicūt a uerbo dei. et sic au-
 diūt qd̄ dictū est: et uerbū ca-
 ro factū est ut negēt illū hōiez
 uel aīam uel aliquid hōis ha-

buisse nisi carnē solā. Errant
 enī multum. nec itelligūt ide-
 o carnē solā noiātā esse in eo
 qd̄ dictū est uerbū caro factū
 est. quia hōim oculis p̄ter q̄s
 facta est illa susceptio. caro so-
 la potuit apparere. Nā si absur-
 dū est et ualde idignū ut hu-
 manū spiritū homo ille non
 habuerit sicut superius capto
 sexto tractauim? q̄ tomagis
 idignū et absurdū ē. ut i sp̄m
 n̄ aīaz habuit. et h̄ solū habuit.
 q̄ i p̄coribz uilius est et extre-
 mius. id est corpus. **Antea er-
 go fide etiā ista impietas exclu-
 datur: totūq̄ hōiem atq̄ per-
 fectū a uerbo dei esse suscep-
 tum credam? Caplm. x.**

Nec eos audiam? qui ta-
 le corpus dñm habuis-
 se dicunt quale apparuit in
 colūba quam uidit iohānes
 baptista descendente de celo
 et manentē super eū i signo
 sp̄us sancti. Ita enī persuade-
 conātur filiū dei natū nō ēē
 de femina. quia si carnalibz
 oculis eū oportebat ostendi.
 potuit iquit sic assūmē cor-
 pus quō sp̄us sc̄us. Nō enī et co-
 lūba illa de ouo nata ē auuit.
 et i hūanis oculis potuit ap-
 parere. Quibz primo respon-
 dendū est. q̄ ibi legim? i specie
 colūbe apparuisse iohāni sp̄m
 sanctū. ubi legim? et xp̄m na-
 tū esse de femina? et non oportet
 in parte credere euāgelio.
 et i parte nō credere. Unde enī
 credis i colūbe specie demon-
 stratū esse spiritū sanctū? nisi

Ca. xxij.

quia in euangelio legisti. Ergo et ego inde credo christum natum esse de uirgine: quia in euangelio legitur. Quare autem spiritus sanctus non est natus de colubina. quod modo dicitur christus de femina. illa est causa quia non colubas liberare uenerat spiritus sanctus sed hominibus significare innocentiam et amorem spirituale quod in columbe specie uisibiliter figuratum est. Dominus autem ihesus christus qui uenerat ad homines liberandos. in quibus et mares et femine pertinent. ad salutem nec mares fastiduit. quia marem suscepit. nec feminas. quia de femina natus est. Huc accedit magnum sacramentum. ut quoniam per feminam nobis mors acciderat. uita per feminam nobis nasceretur. ut de utraque natura et feminina. et masculina iuste diabolus cruciaretur. quoniam de amboz subuersione letabat. Cui paru fuerat ad penam si ambe in notis nature liberaret. nisi etiam per ambas liberaremur. Neque hoc itaque dicimus. ut dominum ihesum christum dicamus. solum uerum corpus habuisse. spiritum autem sanctum fallaciter apparuisse oculis hominum. sed ambo illa corpora. uera corpora credimus. Sicut enim non oportebat ut homines falleret filius dei: sic non decebat ut homines etiam falleret spiritus sanctus. Sed omnipotenti deo qui uniuersam creaturam de nichilo fabricauit. non erat difficile uerum corpus colubine sine aliarum colubaz misterio

figurare. sicut ei non fuit difficile uerum corpus in utero marie sine uirili semine fabricare. tamen creatura corporea et in uisceribus femine ad formandum hominem: et in ipso mundo ad formandum colubam. imperio domini uoluntati que seruiret. Sed stulti homines et miseri quod aut ipsi facere non possunt aut in uita sua nunquam uiderunt: etiam ab omnipotente deo fieri potuisse non credunt. **Capitulum xi.**

XXIIII **N**ec eos audiamus qui propterea uolunt cogere. ut inter creaturas filium dei numeremus. quia passus est. Dicunt enim. Si passus est. mutabilis est. Et si mutabilis est. creatura est: quia dei substantia non potest immutari. Cum quibus etiam nos dicimus. et dei substantiam commutari non posse. et creaturam esse mutabilem. Sed aliud est esse creaturam. et aliud suscipere creaturam. Filius ergo unigenitus dei. qui est uirtus et sapientia dei. et ubi per quod facta sunt omnia. quia immutari omnino non potest. suscepit humanam creaturam. quam lapsa erigere atque in ueterata renouare dignatus est. nec in ea per passionem ipse in deterius commutatus est. sed eam potius per resurrectionem in melius commutauit. Nec propterea uerbum patris id est unigeniti dei filium per quod facta sunt omnia. negandum est natum et passum esse pro nobis. Et martires eius passos dicimus. et mortuos propter regna celorum: nec tamen in ea passione et morte anime eorum occise sunt. **Di-**

at enī dñs. Nolite timere eos qui corpus occidūt: aīe autem nichil possūt facere. Sicut ergo martires passos et mortuos dicim⁹ i corporibz que portabant. sine aīarū īterfessione ul' morte: sic filiū dei passum et mortuū dicim⁹ i hoīe que portabat sine diuinitatis aliqua cōmutacione uel morte. **Cap. xii.**

xxiiij **D**et eos audiam⁹ qui negant tale corpus dñi resurrexisse. quale positū est in monumento. Si enī tale nō fuisset: nō ipse dixisset post resurrectionē discipulis. Palpate et uidete qm̄ spūs ossa et neruos nō habet: sicut me uidetis habere. Sacralegiū est enī credere dñm nrm̄ cū ipse sit ueritas. i aliquo fuisse mentatū. Nec nos moueat qd̄ clausis hostijs. eum subito apparuisse discipulis scptū est. ut p̄pterea negem⁹ istud fuisse corpus hūanum: q̄a contra naturā hui⁹ corpis uidem⁹ esse per clausa hostia intrare. **G**ia enī possibilis sunt deo lā et ambulare sup̄ aquas: contra naturā hui⁹ corpis esse manifestū est. Et tamen nō solū ip̄e dñs ante passionē ambulauit: sed etiā petrū ambulare fecit. Ita ergo et post resurrectionē. de corpore suo fecit qd̄ uoluit. Si enī potuit ante passionē suā clarificare illud sicut splendore solis: quare nō potuit et post passionē ad quātā uellet subtilitate i temporis momento redigere. ut per clausa hostia possit intrare? **Cap. xiii.**

Det eos audiam⁹ qui negant ipsū corpus secum leuasse in celū. dñm nrm̄: et cōmēorant i euāgelio qd̄ scriptū est: nemo ascendit i celum nisi qui de celo descendit. Et dicūt qd̄ corpus quia nō descendit de celo: nō potuisse ascendere i celū. **N**ō enī intelligūt. qm̄ corpus nō ascendit i celū. **D**ñs eī ascendit: corpus autē nō ascendit. sed eleuātū est i celū: illo leuāte qui ascendit. Verbi grā. Si eī q̄sqz descendat de monte nudus: tū autem descenderit ueluat se. et uelutis iterū ascendat: recte itaqz dicim⁹ nemo ascendit nisi qui descendit. **N**ec uestem consideram⁹ quā secū leuauit: sed ip̄m qui uestitus est solum dicim⁹ ascendisse. **Ca. xiii.**

xxv **D**et eos audiam⁹ qui negant ad dexterā patris sedere filiū. Dicūt enī. Nūqd̄ deus pater habet latus dextrū. aut sinistrū sicut corpora? **N**ec nos hoc de deo patre sentimus. Nulla enī forma corporis. deus diffinit⁹ atqz cōcludit⁹. **S**d dextera p̄is est beatitudo p̄petua q̄ sanctis datur: sicut sinistra ei⁹ rectissime dicit⁹ miseria p̄petua que ip̄is datur: ut nō in ip̄o deo sed i creaturis hoc modo quo dixim⁹ intelligatur dextera et sinistra: quia et corpus xpi qd̄ est ecclia i ip̄a dextera. hoc ē in ipsa beatitudine futurū ē. Sicut ap̄tus dicit⁹: quia et simul nos suscitauit: et simul sedē fecit i celestibz. **Q**uāuis eī corpus nrm̄ nondū ibi sit: tamen

spes nra ia ibi est. **P**roterea et ipse dñs post resurrectione iussit discipulos quos piscatores iuenit: ut in dexterā partem mitteret retia. **Q**uō tū fecisset ceperūt pisces qui omēs magni erāt: id est omēs iustos signabant quibz pmittit dextra. **H**oc significat qd etiā i iudicio dixit se agnos ad dextrā: eos autē ad sinistra esse positurum. **Capitulum xv. xxvii**

Nec eos audiam⁹ qui negant diem iudicii futurum: et commemorāt qd in euangelio scriptum est. eū qui credit i xpm nō iudicari: qui autē nō credit i illū. iā iudicātū esse. **D**icit enī. Si et ille qui credit nō ueniet i iudiciū. et ille qui nō credit iam iudicatus est. ubi sunt quos iudicaturus est i die iudicii? **N**on intelligūt sic loqui scripturas. ut pteritū tempus pro futuro tempore insinuet: sicut supra dixim⁹ qd ap̄lis dixit de nob⁹ qd simul nos sedere feat in celestibz. nondū factū est. **S**ed quia certissimū est futurū. ita dictū est qd iā factū sit: sic et ipse dñs discipulis dixit. **O**īa que audiui a p̄re meo nota feci vobis. **E**t paulo post dicit. **M**ulta habeo vobis dicere: sed nō potestis illa portare i modo. **Q**uō ergo dixerat oīa que audiui a patre meo nota feci vobis? nisi quia illud qd per sp̄m sanctū certissimē facturus erat. quasi iā fecisset locutus est? **S**ic ergo tū audi-

mus. qui credit i xpm nō ueniet i iudiciū: intelligam⁹. quia nō ueniet i dāpnationē. **D**icitur enī iudiciū pro dāpnatiōe: sicut dicit ap̄lis. **Q**ui nō māducat. māducante nō iudicet: id ē nō de illo male existimet. **E**t dñs dicit. **N**olite iudicare: ne iudicetur de vobis. **N**on enī tollit nobis idulgentiā iudicandi: tū et p̄pheta dicit. **S**i vere iustitiā diligitis: recte iudicate filii hōim. **E**t ipse dñs dicit: noli te iudicare p̄sonalit. sed iudicū iustū iudicate. **S**ed illo loco ubi vetat iudicare. illud admodum ne dāpnem⁹ aliquē cui⁹ cogitatio nob nō ē apta: ul' nescim⁹ qualis postea sit futurus. **S**ic ergo tū dixisset. ad iudiciū nō ueniet. hoc dixit: qd nō ueniet ad dāpnationē. **Q**ui autē non credit iā iudicatus est. hoc dixit. quia iā dāpnatus est. p̄sciencia dei: qui nouit qd imineat nō accidētibus. **Capitulum xvi. xxviii**

Nec eos audiam⁹ qui dicūt i spiritu sanctū que in euangelio pmisit discipulis suis dñs: aut i paulo ap̄lo uenisse. aut in montano et priscilla sicut cataphriges dicūt: aut i nescio quomānitate. aut i manicheo sicut manichei dicūt. **T**am ceti sūt isti. ut scripturas manifestas nō intelligant: aut tā negligetes salutis sue. ut oīno non legāt. **N**ō enī tū legerit nō intelliget. ul' i euangelio qd post resurrectione dñi scriptū est dicente dño. **E**rgo mittam pmissū patris mei in vos: vos autē sedete hic i amita-

te. quoad usque iduam uirtute ex
 alto. Et in actibus apostolorum. postea
 quod dominus ab discipulorum oculis ab
 cessit in celum. decem diebus per
 actis die penthecostes: non attē
 dūt apertissime uenisse spiritum sanctum.
 Et tū essent illi in ciuitate. sicut
 eos ante monuerat impleuisse il
 los. ita ut loqueretur linguis. Nam
 diuerse nationes que tunc adue
 rant: unusquisque audienciam su
 am lingua intelligebat. Sed il
 li homines decipiunt eos qui neg
 ligentes in catholica fide. et ip
 sam fidem suam que in scripturis
 manifestata est nolunt discernere?
 et quod est grauius et multum dolo
 re dū tū in catholica fide negligē
 ter uersentur: hereticas aures
 diligenter accommodant. **Ca. xxix**

xxix

D et eos audiam? qui sciam?
 ecclesiam que una catho
 lica est negant per orbem esse dif
 fusam: sed in sola affrica hoc est
 in parte donati pollere arbitra
 tur. Ita surdi sunt aduersus pro
 phetam dicentē: filius meus
 es tu. ego hodie genui te. Pete
 a me et dabo tibi gētes heredi
 tatem tuam: et possessionem tuam
 terminos terre. Et alia multa
 siue in ueteris. siue in noui testa
 menti libris que scripta sunt: ut
 apertissime declarent ecclesiam
 christi per orbem terre esse diffusam.
 Que tū eis obicitur? dicunt iam
 omnia ista fuisse completa antequam
 esset pars donati: sed postea tota
 ecclesia perisse. et in sola donati
 parte reliquias eius remansisse
 contendunt. O lingua superba et
 nephanda? nec si vere sic uiue

rent: ut uel iter se patere postea
 custodirent. Nunc autem non attē
 dunt. iam in ipso donato impletum
 fuisse quod dictum est. In qua me
 sura mensi fueritis in ea reme
 rietur uobis. Sicut enim christum
 diuidere conatus est: sic ipse a
 suis cotidiana occasione diuidi
 tur. Ad hoc pertinet etiam illud quod
 dominus dicit. Qui enim gladio per
 cussit. gladio morietur. Gladi
 us enim illo loco siquidem in malo
 positus discordiosam linguam
 significat: qua tunc ille infelix
 ecclesiam percussit: sed non occi
 dit. Non autem dicit dominus. qui
 occiderit gladio gladio mori
 etur: sed qui gladio usus fue
 rit gladio morietur. Ergo ille
 percussit ecclesiam lingua sua
 litigiosa. qua nunc ipse confundi
 tur ut omnino dispercat et mori
 atur. Et tamen illud quod apostolus
 petrus non superbia sua. sed quous
 tamen carnali amore domini fece
 rat itaque admonitus recondi
 dit gladium. iste autem victus non
 hoc fecit. Si quidem tunc episco
 po italico causa diceret au
 dientibus episcopis romae quos
 ipse petiuerat nichil eorum que
 intendere potuit probare. et
 sic remansit in fustinate ut suo
 gladio moreretur? Plus autem
 ipsius quam non audit prophetas
 et euangelium in quibus apertissime
 scriptum est ecclesiam christi per
 omnes gentes esse diffusam. et au
 dit fustinos non dei gloriam
 sed suam querentes: satis signifi
 cat seruum se esse non liberum. et
 aurem dexteram se habere presensam.

Petrus enim errans in amore domini
seruo non libero aurem dexteram
presadit. Ex quo significat eos
qui gladio fasmatis feruntur.
seruos esse carnalium desideriorum
non dum eductos in libertatem spiritus
sancti. ut iam non confidat in homine
et non audire quod dextrum est: id
est domini gloriam per catholicam ec-
clesiam latissime peragatam.
et audire sinistram humane
inflacionis errorem. Sed tamen cum
dominus in euangelio dicat cum per omnes
gentes euangelium predicatum
fuerit. tunc finem esse futurum.
quo isti dicunt quod iam certe omnes
gentes ceciderunt a fide. et in
sola parte donati remanet ec-
clesia cum manifestum sit. ex quo
ista pars ab unitate presasac
nonnullas gentes postea credi-
disse et adhuc esse aliquas que
non dum crediderunt. quibus coti-
die non cessatur euangelium pre-
dicari. Quis non miretur esse
aliquem qui se christianum dicere ve-
lit. et aduersus crucis gloriam
tanta impietate rapiatur ut
audeat dicere omnes populos
gentium qui modo accedunt ad
huc ecclesie dei et in filium dei fes-
tinater credunt iam iterum facere.
quia non eos aliquis donatista
baptisat. Sine dubio ista ex-
aerentur homines et eos sine di-
lacione relinquere si christum que-
rerent. si ecclesia diligerent
si liberi essent. si aurem dexte-
ram integram retinerent.

Net eos **Capitulum xviii. xxx.**
audiam qui quis ne-
mine rebaptizent presadit

se tamen ab unitate. et luciferam ma-
gis que catholica dicit maluerunt.
In eo enim quod intelligunt baptismum
christi non esse repetendum recte fa-
ciunt. Sentiunt enim sacramentum
sancti lauacri nusquam esse nisi ex
ecclesia catholica sed eam forma
secum habere sacramenta presasac
quam in ipsa rite antequam presadere
acceperant. Hinc sunt et de quibus
apostolus dicit. Habentes specimen pie-
tatis: uirtute autem eius abne-
gantes. Est enim magna uirtus
pietatis pax et unitas quia u-
nus est deus. Hanc illi non habent
quia presasac ab unitate sunt. Itaque
si qui ex ipsis ad catholicam
ueniunt non iterant specimen pie-
tatis quam habent. sed accipiunt uir-
tutem pietatis quam non habent.
Nam et deputatos ramos dem-
o posse inferi si non permaserint
in incredulitate apostolice
docet. Quod tamen luciferum intelligit
et non rebaptizent non improbamur
sed quod etiam ipsi presadit a radice uol-
uerunt quod non detestandum esse
cognoscatur. Et ideo maxime quod
hoc eis displicuit in ecclesia ca-
tholica quod uere catholice pi-
etatis est. Nusquam enim tam uige-
re debent uiscera misericordie
que in catholica ecclesia. ut tamen
uera mater nec peccantibus fi-
lius superbe insultet. nec corru-
tis difficile ignoscatur. Non enim si-
ne causa iter omnes apostolos huius
ecclesie catholice persona susti-
net petrus. Hinc enim ecclesie
claves regni celorum date sunt.
tamen petro date sunt. et tamen ei dicitur
tunc ad omnes dicitur amas me pal-

re oues meas. Debet ergo catho-
 lica ecclesia correctis et pietate
 firmatis filijs libeter ignosce-
 re. ut ipse petro personam eius gesta-
 ti. et cum in mari titubasset. et
 cum dominum carnaliter a passione re-
 uocasset. et cum aurem serui gla-
 dio percidisset. et cum ipsum dominum
 negasset. et cum in simulatio-
 ne postea superstitiosa lapsus
 esset uideamus ueniam esse concessam
 eiusque correctum atque firmatum
 usque ad dominice passionis gloriam
 peruenisse. Itaque post persecu-
 tionem que per arrianos hereticos
 facta est ac postea quam pax. quam
 quidem fides catholica in domino
 tenet. etiam a principibus seculi
 reddita est: episcopi qui perfidie
 arrianorum in illa persecutione
 consenserant multi correcti redi-
 re in catholicam delegerunt: dap-
 nates siue qui crediderant: siue
 qui credidisse se simulauerant.
 Hosque ecclesia catholica mater
 non recipit sinu: tanquam petrum post
 factam negationis per gallicantum
 admonitum. Aut tanquam eundem per
 prauam simulationem: pauli vo-
 ce correctum. Hanc illi matris
 caritatem superbe accipientes
 et ipse reprehendentes: quod pe-
 tro post gallicantum surgenti non
 gratulati sunt: cum lucifero qui
 mane orabat: eadem meruerunt.

Nec eos **Capitulum xx. xxxi**
 audiamus qui negant
 ecclesiam dei omnia peccata posse
 dimittere. Itaque misericordiam in pe-
 tro petrum non intelligunt et nolunt
 credere datas esse claves igni celo-
 rum: ipsi eas de manibus amoue-

runt. **I**psi sunt qui viduas si nup-
 serint tanquam adulteras dampnant.
 et super doctrinam apostolicam
 se predicant esse mundiores. Qui
 nomen suum si uellet agnosce-
 re mundanos se potius quam mundos
 vocarent. Nolentes enim si pec-
 cauerint corrigi: nichil aliud
 delegerunt nisi cum hoc mundo
 dampnari. **N**am quibus ueniam pec-
 catorum negant non eos aliqua
 sanitate custodiunt. sed egris
 subtrahunt medicinam et vidu-
 as suas uiri cogunt. quas nu-
 bere non permittunt. **N**on enim pru-
 dentiores sunt quam paulus apostolus
 qui ait. **Adalo eas nubere quam**
viri. Capitulum xx. xxxii.

Nec eos audiamus qui car-
 nis resurrectionem futu-
 ram negant. et commemorant quod
 ait apostolus paulus. **C**aro et sanguis
 regnum dei non possidebunt. Non
 intelligentes quod ipse dicit apostolus.
 oportet corruptibile hoc induere
 incorruptionem. et mortale hoc
 induere immortalitatem. **C**um enim hoc
 factum fuerit iam non erit caro et
 sanguis: sed celeste corpus. **E**rgo
 et dominus permittit cum dicit. **N**ec
 nubent neque uxores ducet. sed
 erunt equales angelis dei. **N**on
 enim iam hominibus sed deo uiuet
 cum equales angelis facti fuerint.
timoris ad amorē puenerūt.
Erudimū qui iudicatis terrā:
diligite et iudicate. Nō enī sic
q̄ritur inocētia: ut neget̄ disa-
plina. Disaplinā qui abiat:
infelix est. Bene p̄t̄ addi ad istam
sententiā. Sicut disapli-
nā qui abiat infelix est: sic dis-
aplinā qui negat crudelis est.
Ausus sum aliquid dicere frater
mei. qd̄ vobis aliq̄n plenius ex-
ponere ip̄ius rei obscuritate cō-
pellor. Repeto qd̄ dixi disaplinā
qui abiat infelix est. Hoc mani-
festū ē. disaplinā qui non dat
crudelis est: teneo p̄sus teneo
et ostendo feriendo piū. parte-
do crudelē. Exemplū ante o-
culos pono: ubi t̄uenio ferendo
piū. Nō eo ad aliū: ad p̄met
filū eo. Pater q̄n ferit amat:
et nō vult puer cedi. Contemp-
nit volūtātē: cōsultat ad utilita-
tem. Quare? Quia pater est.
quia hereditatē parat: qui-
a successore nutrit. Et fer-
endo pius est pater: ferendo
misericors est. Da michi ho-
minē partendo crudelē. Nō
recedo a p̄sonis: eos ipsos an-
oculos pono. Sed si puer ip̄er-
tus et cōdisaplinatus sic viuat
ut pereat et pater dissimulet
et pater parcat. pater filium
perditū disipline asperitate
offendere timeat: nōne p̄ten-
do crudelis est? Erudimū ergo
q̄n iudicatis terrā. et bene
iudicando nō a terra p̄miū:
sed ab illo spectate qui fecit ce-
lū et terram. *finit duodecim*

*sermo incipit tertius decimus. dicitur
domino de uersu psalmi noni.
tibi derelictus est pauper. pupi-
lo tu eris adiutor.* De rep. 110

Antauim⁹ dñō et
dixim⁹. Tibi derelictus
est pauper: pupillo
tu eris adiutor. Et
tam⁹ pauperē: que-
ramus pupillū. Nec mirū sit
qd̄ amoneo: ut q̄ram⁹ et fer-
am⁹. sic habūdare certum⁹. quos
mus. Nōne pauperibz plena oīa:
Nōne pupillis plena sūt oīa:
Et t̄n̄ iter oīa quero pupillū.
Ac prius ostendendū ē caritatē
t̄ v̄re id qd̄ putam⁹ nō hoc ce-
qd̄ q̄rim⁹. Qui enī dicūt pau-
peres et sunt. i quos a deo nō
datur et elemosine sūt. de q̄bz
fatemur scriptū include elemo-
sinā in sinu pauperis. et ip̄a pro-
te orabit dñm: habūdāt quide-
hoc genus hōim. sed alia⁹. Intel-
ligendū est iste pauper de quo dic-
tū est. Beati pauperes sp̄s: q̄m ip̄
sorū est regnū celorū. Sūt paupe-
res nō habētes pecuniā. v̄cū
totidianū vix iuēientes: alienis
operibz m̄e sic idigētes ut etiā
mendicare nō erubescāt. Sed si
de hys dictū est tibi derelictus ē
pauper: et nos quid facim⁹ qui hoc
non sum⁹? Ergo nos qui xp̄iani
sum⁹. nō sum⁹ deo derelicti? Et
alia nobis spes est. si nō sumus
illi derelicti: qui nō derelinquit.
Disate ergo esse pauperes et deo re-
linqui cum pauperes mei diuites ē
sup̄bus est. Nā et i diuitis istis
que v̄lgo appellāt diuitie: q̄bz
est cōtraria vulgaris ista pauper

tas et i diuitis ergo istis nichil sit
cauendū q̄ supbie moribus. Qui
ei nō h̄t pecuniā nō habet apl̄s
simas facultates: nō habet v̄n
se extollat. Si ergo q̄ nō v̄n se extol
lat. qui habet laudes? si se nō extol
lit: nō laudat? pro eo q̄ extollit? **Q**
ergo laudo humilem pauperē?
pauperē qui v̄nde supbiat nō
habet. Quis autē fecit et iopen
da diuitē pauperē. Tales vlt̄ qui
scribens ad thimotheū dicit. **Pr**
cipe diuitib; hūs sc̄i nō superbe
sape. Nō ui quid dicit. hoc illis pre
cipe. **H**abet em̄ diuitias ierinsē
diuitias i quib; laborant eē hu
miles. **D**a michi zachēū habē
tem magnas diuitias: p̄cipē
publicanorū. cōfessore p̄corum
statuā breuē. aīo breuiorē. as
tendentē lignū. ut transeūtē vi
deret qui pro illo pendeat i lig
no. **D**a michi dicentē dimidiū
ceci meari do paupib;. **S**ed ml̄
tū diues es o zachēe multū diues
es etiā dimidiū dabis? dimidi
um reseruabis quare? **Q**uia si
tū aliquid abstuli quadruplā
reddo. **S**ed ait michi quisq; mē
dius debilitate fessus. pannis
obsitus. fame languidus. **R**ef
pondit michi et dixit. **M**ichi de
betur regnū celorū. **E**go eī filis
sum illi lazaro qui iacebat vlc
rosus ante diuitis domū cui
canes lingebāt vlcera. et q̄rebat
saturari de mīas q̄ cadebant
de mensa diuitis. **E**go illo simi
lor sum iquit. **N**am genus eī cui
debetur regnū celorum. nō illi

generi qui i diuitur purpura et
billo. et epulāt? cotidie splendide
Talis eī erat ille ante cui domū
iacebat paup vlcerosus: et vide
te exitus amborū. **C**ontigit em̄
mori i opē illū. et auferri ab an
gelis i sinu abrahe. **M**ortuus ē
diues: et sepultus est i inferno.
Nā pauper forte nec sepultus.
Et quid postea tū apud inferos
diues ille i tormentis eēt? **L**eu
uit oculos iudit pauperē quem
cōtempserat i abrahe gremio
qui estentē? desiderauit guttā
a quo ille micam: et qm̄ dilexit
opulentiā nō iuenit misericordiam.
Noluit subueniri fratrib; suis
semp vectoris: sero misericors.
Nichil oīno qd̄ postulauit ac
cepit. **D**iscernam? ergo inquit
michi paupes et diuites. **Q**uid
me ad alia itelligē exhortaris?
Apti sunt paupes: aperti sūt
diuites. **A**udi ergo me de hoc qd̄
pposuiti. dñe paup. **C**um sanc
tū illū vlcerosum te esse dicas:
timeo ne supbiendo nō sis qd̄
dicas. **N**oli contempnere diuites
misericordes. diuites huiles:
et ut ticius dicā qd̄ paulo ante
dixi. diuites paupes. **N**oli cō
tempnē o paup: esto et tu pau
per. **P**aup id est huilis. **S**i em̄
diues factus ē huilis? qm̄ to ma
gis paup debet esse huilis. **P**au
per nō habet vnde infletur: di
ues habet cū quo luctet. **A**udi
ergo me. **E**sto verus pauper?
esto pius: esto huilis. **N**ā si de
ta pamosa et vlcerosa pauper
tate gloriaris. q̄a talis fuit il
le qui ante domū diuitis iops

iacbat. Attendis quia pauper
fuit: et alius nō attendit. Quid
īquit attendo? Lege scripturas:
et iuuenes q̄ dico. Lazarus paup
fuit īquis: si non leuatus est
diues fuit. Contigit īquit mori
ī opem illū: et auferri ab ange
lus. Quo? In sinū abrahe: id ē
ī secretū ubi erat abrahā. Nolite
ei carnalit̄ ītelligē: qd̄ uelut in
sinū tunice abrahe leuatus sit
paup. Sinus erat: q̄ secretū e
rat. Unde dicit. Redde vicinis
nris ī sinū eorū. ī secreta eorū.
Quid est redde ī sinū eorū: Tor
que cōscienciā eorū. Lege. aut si
nō potes legē. audi cū legitur
et vide abrahā opulentissimū
fuisse ī terra. auro argento fami
lia pecore possessione: et tamē
diues iste paup fuit. q̄ hūilis
fuit. Hūilis autē fuit. Credidit
autē abrahā deo: et reputatū
est illi ad iusticiā. Iustificatus
est gratia dei nō p̄p̄ria p̄sup̄tōe
Fidelis erat. benē opabat̄. filiū
iussus est īmolare neq̄ tūctat̄
est ei offerre quod acceperat a
quo acceperat. P̄batus ē deo:
constitutus est exemplū fidei.
Jam deo notus erat: sed nobis
monstrandus erat. Nō est ī fla
tus quasi ī bonis opib; suis: sc̄bat enī
quia quidquid habebat a deo
habebat: et nō in seip̄o sed in
d̄nō gloriabat̄. Audi apostolū
paulū. Si enī abrahā ex ope
rib; iustificatus ē: habet glo
riā sed nō ad deū. Videtis q̄

cū habundēt paupes. recte q̄rim
paupere. In turba q̄rim? et uic
iuenim? Occurrit michi pau
per: et q̄ro paupere. Interū tu
manū porrige paupi quē iucis.
ex corde q̄ris quē queris. Tu dicit
paup sum sicut lazarus. diues
iste meus hūilis nō dicit. Tu dicit
sum sicut abrahā. Ergo tu ex
tollis: ille se hūiliat. Quid ī fla
tis: et nō ī mutaris? Ego īquit
paup: leuor ī sinū abrahe. Nō
uides q̄ paupere diues excepit.
nō uides q̄ diues susceptor est
paupis. Si enī sup̄bis cōtra eos
qui habēt pecuniā: negas eos
ad regnū celorū p̄tinere. Cū se
tasse in eis iueniat: hūilitas:
que ī te nō iuenit. Nō times ne
tibi cū mortuus fueris dicat a
brahā: recede a me q̄ blasphem
masti me. Ammonem? ego di
uites nros quos aplūs amoni
it. nō sup̄be sapere: neq̄ spera
re ī interto diuitiarū. Ammoni
ti sum. diuitie ille quas p̄u
tis plenas esse deliciarū: ple
niores sunt periculor. Paup
erat: et securior dormiebat. Sop
facilius accidebat ad duram
terrā: q̄ ad lectū iargentatū.
Attendite curas diuitū: et cōpa
rate securitati pauperū. Sed au
dicit diues iste ut nō sup̄biat.
neq̄ speret in interto diuitiarū.
Utatur mūdo tāq̄ nō vrens. si
at se viā ambulare: ī has diu
tias tāq̄ in stabulo ītasse. ve
ficiat. Viator ē: reficiat se et tra
seat. Nō secū tollit. qd̄ in stabu
lo iuenit. Alius viator erit et
ip̄e habebit: sed nō auferet. De

hinc relicturū sunt qđ hinc acq̄sierūt.
 Nudus iquit exiit de utero matris
 mee: nudus reuertar i terrā. Au-
 di aliu pauperē. Nichil iutilim
 i hūc mūdū. sed nec auferre ali-
 quid possum. **Victū et regimē**
 tū habentes: hīs contenti sum.
 Nā qui volunt diuites fieri: i
 adiunt i tēptationē et desideria
 multa stulta et noxia: que mer-
 gunt hōies in iteritū et p̄dicōz.
 Radix est oīm maloz auaritia.
 Quā quidam appetētes a fide p-
 errauerūt et i seruerūt se doloribz
 multis. Qui sunt isti qui a fide
 perrauerūt. et i seruerūt se do-
 loribz multis? Qui uolūt diui-
 tes fieri. **Quid:** In desideria mul-
 ta stulta et noxia: que mergūt
 hōies in iteritū et p̄dicōz. **Vides**
 ubi sis? **Quid** michi ostentas
 multas facultates? cū ego vi-
 tam tātas cupiditates? **Ere** iā
 tōparo duos. iste diues est. **Iā**
 est nō vult fieri. **Iste** diues est.
 aut de parentibz aut de bonis
 et hereditatibz. **Ponam** facia-
 mus diues est eadē de iūqtatibz.
Jam nō vlt addere. iposuit mo-
 dū. **fixit** lūmitem cupiditati. **Iā**
 corde militat pietati. **Diues** i-
 quis? **Respondeo** diues est. **Ite**
 tu o accusator respondes et dicis.
 de iūqtate diues est. **Quid** si
 facis amicos de māmona iūqi-
 tatis? **Dñs** nouerat qđ dicebat.
 utiqz nō errabat: qñ p̄cipiebat
 facite vobis amicos de māmo-
 na iūqtatis: ut et ipi recipiāt
 vos i tabernacula eterna. **Qđ**
 si hoc facit iste diues? **Iā** finit
 cupiditatē: exeret pietatem.

Tu nichil habes. sed diues fieri
 vis: incidis i tēptationē. **Sed**
 forte inde factus es pauprim?
 et egentissim?
 quia nescio qđ
 habebas paternū qđ te suste-
 taret: et calūpnia aliqua cū
 petitoris abstulit. **Genus** au-
 dio: tempora accusas. **Quod**
 genus si posses faceret? **An** nō vi-
 demus? **An** nō cotidianus ex-
 emplis plena sūt oīa? **Heri** ge-
 mebat quia p̄debat sua hodie
 p̄t. nens ad maiore rapit ali-
 ena. **Inuenim** verū pauperē.
Inuenim p̄iū hūilem nō de-
 se sperante pauperē: uerū mē-
 brū paupis qui p̄pter nos paup
 factus est. cū diues esset. **Vide** illū
 dicentē. oīa p̄ ipm facta sunt:
 et sine ipō factū est nichil. **Plus**
 est aurum facere: q̄ habere. **Diues**
 es argento pecore et familia: fi-
 dis. fructibz: tibi ista creare nō
 potuisti. **Vide** illū diuitē: oīa p̄
 ipm facta sunt. **Vide** illū pau-
 perē: uerbū caro factū est et ha-
 bitauit i nobis. **Quis** digne
 cogitat diuitias eius. quomō
 faciat qui nō sit quō creet nō cre-
 atus? **formet** nō formatus. mi-
 rabilia manens. tēporalia sem-
 pitern?
Quis digne cogitat di-
 uitias eius paup̄tatē cogitem?
 ne forte pauperes uel ipsā capi-
 amus. **Contigit** vtero v̄gina-
 li: icludit v̄isceribz matris. **O**
 paup̄tas. **In** angusto diuersori-
 o nascit: iuolutus i fantilibus
 tegumētis i p̄sep̄no ponit: fit
 tribaria iumētis pauperibz: de-
 inde celi et terre dñs creator an-
 gelorū oīm visibilū et iuisibi-

lū effector. et conditor fugit. va-
 dit nutritur creuit tolerat eta-
 tē. occultat maiestātē. postea
 tenetur cōtempnit. flagellatur
 illudit. cōspuitur. colaphiza-
 tur. spinis coronatur. ligno
 suspenditur. lancea pforatur.
O paupertas. Ecce caput pauper
 q̄s req̄ro cui⁹ paupis membrū
 iuenim⁹ uerū pauperē. Breui-
 ter q̄ram⁹ pupillū q̄a i paupe
 requirēdo fatigati sum⁹. **D**ne
 ihesu pupillū q̄ro. fatigatus q̄-
 ro: cito responde ut iueniā. Ne
 vobis dicatis iquit prēm i terra.
Pupillus i terra imortalē prez
 iuenit i celo. Ne vobis dicatis i-
 quit prēm i terra. **I**nuctus est
 pupillus: oret pupillus. **A**udia-
 mus eū et imitem eū. **Q**ue est
 eius oratio. **O**m̄ pater meus et
 mater mea deliquerūt me. **D**e-
 iquit meus et mater mea dere-
 liqrūt me: dñs autē assup̄sit
 me. **S**i ergo beati paupes spū
 qm̄ iporum ē regnū celorū: tibi
 derelictus ē paup. **S**i p̄r meus
 et mater mea deliquerūt me dñs
 at̄ assup̄sit me pupillo tu e-
 ris adiutor. **f**uit sermo **terc**
decim⁹: incipit eius dē sermo q̄-
tus decim⁹ habitus i regione
territa i basilica petri in car-
thagine. 1157

Decore domus dñi et
 locū tabernaculi cla-
 ritatis eius diligim⁹
 et si ipi sum⁹. **Q**uis ē
 ergo decore domus dñi et locus
 tabernaculi claritatis eius: nisi
 tēplum eius de quo ap̄l̄s dicit.
 tēplū enī dei sanctū est qd̄ estis

vos. **S**icut ergo i fabricis maūfic-
 tis cū leganter et magnifice con-
 struūtur corp̄alis noster mulce-
 tur asp̄ctus: ita cū lapides vniu-
 corda fidelū. caritatis vinculo
 tinent: decore ē domus dei et lo-
 cus tabernaculi claritatis eius.
Distate ergo qd̄ amare debetis:
 ut amare possitis. **Q**ui enī dili-
 git decore dom⁹ dei nō ē dubiū
 q̄a eccl̄siā diligit. nō in fabrefac-
 tis parietib⁹ et tectis: nō in marmo-
 re marmorū et laquearib⁹ aure-
 is. sed i hoībus fidelib⁹ sanctis.
 deū diligētib⁹ ex toto corde suo
 et ex tota aīa sua. et ex tota me-
 te sua. et proximū suū tāq̄ seip̄s.
Sed i cōgregacōe xp̄iana q̄ritū
 ptinet ad p̄ticipacōne et cōmu-
 nicacōne sacramētorū: multi-
 plicati sunt sup numerū. **A**lius
 est ergo numer⁹: alius sup nu-
 merū. **N**umerus est de quib⁹ di-
 cit ap̄l̄s: nouit qui sunt eius.
Sup numerū autē. qm̄ i magna
 domo nō solū vasa sūt aurea et
 argentea. sed et lignea et ficti-
 lia: alia quidē in honore. alia i
 contumeliā. **N**umer⁹ ergo vasa
 i honore: sup nūm vasa i contu-
 meliā. **C**ū ergo sine ista duo va-
 sorū genera: nūquid dubitā
 ubi sit domus dei. **S**i ergo vis
 diligere. agis qd̄ cantasti: decore
 domus dei et locū taberna-
 culi claritatis eius. **Q**uere va-
 sa i honore: et nolo dicas. **Q**uere va-
 sa i honore: et non iueni. **I**deo enī quesisti tu
 et nō iuenisti: q̄a qd̄ quesisti tu
 nō fuisti. **S**ilis simili coheret: **S**i
 fueris vas in contumeliā:

paulo dubio vas i honore graueti
 bi erit ad uidentu. No audisti quo
 quida de quoda dicit: grauis e
 nobis etiam ad uidentu. Quod
 tibi graue est ad uidentu: qm cit
 apertu ad iueniendu: Vasa eni
 iteozu homi sunt. No utiqz cu
 visus fuis iustus. ia agnosatur
 iustus. Eundē aspectum: habet
 et iustus et iustus. Vterqz ho.
 sed no uterqz bonus: et si ambo
 xpiani appellatur. Vtrūqz vas.
 sed no utruqz i honore: sed aliud
 i honore: aliud i contumelia. No
 quid ppter mala vasa deserenda
 est magna domus: Nouit vti
 idem dñs magne domus et va
 sis i honore. et vasis i contume
 lia. Sicuti est maloru male vti
 etiā bonis: sic et contra dei bene
 vti etiā malis. Quātis bonus
 uatur mali. Omnis ei creatura
 dei bona est. Quo ea male utūt
 mali. Quo eos iaxpat scriptu
 ra dicit: petatis et no accipitis.
 eo q male petatis: ut i contumel
 iosis vris infumatis. Qd no
 me acceperūt isti male vrentes
 bonis dei. seqtur et dicit. Adul
 teri. Vnde alteri: nefatis quā
 amicus hu mundi. iunius de
 o constituitur: Adulteri inquit.
 Sunt aie adultere: sunt forni
 carie: disfaciam eas. Fornica
 rie aie sunt: multis dñs falsis
 quodamō pstatute. Adultere at tēp
 legitimo ia coniugio copulate.
 et ipi legitimo coniugio no ser
 uantes aie castitate. Ut hoc di
 ca expressius. pagani aia forni
 caria est: xpiani mali adultera.
 Pagani aia fornicaria legitimū

viru no habens: puer se deonyjs
 pstatuta corripitur. Xpiani at
 adultera est: quia nec castitate
 diligit. nec viru deserit. No ergo
 dicas quare sunt isti i domo dei:
 respondetur tibi. Vasa i contume
 liam. Nouit eis deus vti: non
 errat qui creauit. qm qui potu
 it creare: nouit ordinare. Habet
 in domo magna locu suu. Si at
 qras a me quō eis bene utatur
 deus: fateor dei consiliu sicut ho
 explicare no possum. Noui ei
 a paulo aplo expauesce. qd con
 sideraret expauit. et expauesces
 exclamauit. O altitudo diuicia
 ru sapie et scie dei: q istrutabili
 a sunt iudicia eius. et iuestiga
 biles vie eius. Quis eni cogno
 uit sensum dñi: aut qis consiliari
 us eius fuit: Aut qis prior dedit
 illi: et retribuēt ei: Om ex ipō
 et per ipm et i ipō sūt oia: ipsi
 gloria i scla sclaru. Nobis consi
 deratio admiraco tremor excla
 matio quia nulla penetratio.
 Ipsi autē quid: Glā i scla sclaru.
 Sive de vasis i honore. sive de
 vasis i contumelia: ipi glā i scla
 sclaru amē. Alios coronat: alios
 dapnat. Nusqz errat. Alios pbat:
 de alijs probat: omes ordinat.
 Quid faciūt iquit i hoc mūdo
 hoies hm mali: Responde mic
 hi. In fornace aurificas. palea
 qd facit: Puto no ibi esse sine
 causa palea: ubi aurū pbatut.
 Videam q que ibi sūt oia. Fornax
 est. palea est. aurū est. ignis ē.
 artifex est. Sed illa tria aurū.
 palea ignis. i fornace: artifex
 ad fornacem. Attende etiā istū

mūdū. **M**ūdus fornax est: palea
a hōies mali. aurū hōies boni.
ignus tribulatio. artifex deus.
Attende et vide: aurū nō purga-
tur: si palea nō viat. **V**ide aurū
ī hoc ipso psalmo. ubi diligim⁹
decorem domus dei: et locū ta-
bernaculi claritatis eius. **V**ide
ibi aurū: vide vocē auri: pur-
gari cupit. **P**roba me dñe: et
tempta me. **P**roba iquit me dñe
et tempta me. **Q**uid timere de-
buit tēptationē: pēnit tēpta-
tionē. **P**roba me iquit et tēpta me
Et vide si nō ignē querit. **P**roba
me et tēpta me: ure renes meos
et cor meū. **N**ō times ne ī igne
deficias. **N**ō iquit. **Q**uare? **Q**uia
misericordia tua ante oculos meos
est. **E**cce iquit quare securus di-
co: proba me dñe et tēpta me.
ure renes meos et cor meū. **N**ō
quia ydoneus sum viribz meis
ignē sustinere tēptacois: sed qz
misericordia tua ante oculos meos
est. **Q**ui michi iquit donasti
ut aurū probatū essem? ī for-
nace perire pmittis. **P**rius mit-
tis purgandum: citis purgatū
Custodiat dñs ītrotū tuū et
exitū tuū. **V**ide ipm exitū vide
ingressū in fornace. **O**mne gau-
diū existimate frēs mei: cū ī
tēptaciones varias īaderitis.
Ecce audisti īgressū: qre exi-
tū. **F**acile est cū intrare: exire ī
magnum est. **S**ed noli timere fi-
delis deus. **N**epe qā īgressus fu-
eris. de exitu cogitabas. **F**idelis
deus qui nō vos pmittit tēpta-
ri super id quod potestas: sed fa-
ciat cū tēptacoē etiā exitū. **Q**uid

est exitū? **U**t possitis sustinere. **I**ntra-
ti īadisti: sustinuisti exitū. **M**ag-
na materies ē purgacois bono-
rū: habūdancia malorū. **N**am
ī multitudine malorū quibus per-
mixti lateant boni: nouit dñs
qui sunt eius. **S**ub manu tān arti-
ficis aurimica ī magna palea pe-
rire nō potest. **Q**uāta ibi palea
q̄ modicū aurū: sed noli timere.
Tantus ē artifex. ut purgare
possit: perdere nō possit. **V**ide
aurū beatū aplm in ista forma
te mūdū hui⁹ quēadmodū pec-
catis probatur: ut vēiam⁹ ad
vasa inhonorata q̄ intus sunt.
quibz nouit bene vti dñs mag-
ne domus. **A**plis ergo cū peccati-
lis pbaret? quid dicebat? **P**er-
iculis ī mari. periculis ī deserto.
periculis ex genere periculis ex-
gentibz. **I**sta oīa foris sunt: tūc
attende. **P**ericulis ī falsis frībz.
Alloquor ergo aurū dei. **A**lloquor
vasa facta in honorē. **A**lloquor
grana ī triturā aree. **U**ter paleā
laborātia. **T**ibi dico q̄q̄s audis:
nō me sed per me. **E**sto bonus:
tolera malū. **N**olo dicas: nō cis
quātūcūq̄ fueris bonus: nō cis
sine aliquo malo. **U**nde rectissime
dicit. **N**emo bonus: nisi vnus
deus. **S**ed bonus ille qui fecit oīa
bona deus est. **S**i ergo bonus de-
us qui fecit bona. et solus bonus
effector honorū? nullus homo
bonus: scdm modulū erga pri-
mū est et homo bonus. **Q**ui si
nō esset. deus ipse nō diceret: ho-
bonus de bono thezauro cordis
sui profert bona. **E**sto ergo bo-
nus et tolera malū. **E**sto sim

plures tolera malū. Bonus non
 nisi intus. Nā si nō intus: nūq̄
 bonus. **E**sto ergo bonus intus:
 malū tolera et foris et intus.
 foris tolera hereticū tolera inde
 un tolera paganū? tolera et
 intus malum xpianū: q̄a iūm
 a hoīs domestici eius. **D**atēs
 molestos multos. intus malos
 stomacharis idignaris: qua
 si iā venerit tēpus vētilacoīs.
 In tritura positus es: in tritura
 es adhuc. **A**rea triturat adhuc.
 Adhuc grana et manipuli. **C**ū
 gentes credūt: ad aream tolli
 gūtur. **P**utas esse te posse i are
 a tritici solū: erras. **S**eme in
 area: ut gaudeas i horreo. **F**uit
 multa mala xpianus malus.
Illi qui foris sunt et nolūt ēē
 xpiani: iueniūt occasiōes ad
 excusatiōes hortanti se ut cre
 dat. **I**sta respondet. **V**is me ēē
 qd est ille et ille: **E**t noīat illū
 et illū. **A**liq̄ et uerū dicit. **C**ū
 autē uerū nō potest iueniri?
 quid magnū est calūpniari?
Cum ille nō trepidat calūpni
 ari: facit alui qd nō uidet sus
 picari. **I**n tū audieris hoīem
 istū dicentē: forte quia nosti
 frēs tuos malos. **D**icis apud
 te ipsum. **V**erū dicit. **P**iculis
 in falsis fratribz: sed noli defi
 cere. **Q**uod ille querit: tu esto.
Esto bonus xpianus: ut cōu
 tas calūpniatur et bonis: di
 cit falsa. **P**lerūq̄ illis credit.
Quid facit aurū? **V**ndiq̄ pa
 lea est. **I**gnis sordes punit. nō
 fidem. **E**sto mūdior ipa exet

atūde. **E**sto mūdior. **V**aleat tibi
 ille qui auferat quo sordidior
 es: nō qui opprimat qd aurū es.
Et nū si defeceris: peribis i pa
 leam. **E**t si peris i palca. aurū
 nō eras: sed aurū te ēē fingebas
Nouit dñs qui sunt eius. **I**lli
 autē qui sunt mali de q̄bus e
 rubescas qm es iter malos qui
 sunt foris: memeto q nō sunt
 i domo magna ubi es solū vasa i
 honorē sed in cōtumeliā. **I**nstrux
 it te aplūs: regat te deus. **S**i ma
 li nō essent pro quibz orarem?
 qm nobis dīretur? orate p iūmias
 vras? **A**n forte bonos uellem? habe
 iūmicos? **D**n fieri pti? **N**ō habebis
 bonū iūmiciū n̄ fuis malo. **O**rate p
 iūmias vras. **E**rgo bōi orate p malis. **H**e
 di ad cor tuū. o tu qui i ista for
 nate purgaris. si potuit esse
 vox tua proba me dñe et tēp
 ta me vix venes meos et cor
 meū. sub deo es oracōe: fusu
 rus es: occurrat tibi qui te le
 sit. occurrat tibi qui te pressit.
 occurrat tibi qui te spoliavit.
 occurrat tibi qui te i carcerem
 misit. **H**eyā. **A**tende cor tuum
 respice dñm tuū. **E**cce malus
 iūmicus tuus: ecce bonus dñs
 tuus. **N**ocet tibi iūmic? tu? mal?
 ora pro iūmico tuo dicit tibi i
 dñs bonus. **I**nter iūmicū tuū
 malū et dñm bonū. quid factu
 rus es? **C**ontra illū oraturus?
 aut huic cōtēperaturus? **S**usa
 pis ex p̄cepto dñi tui orare p
 maligno iūmico tuo. **Q**uid fac
 turus es? **D**ñs iussit. dura ius
 sit: sed magna p̄misit qui dura
 iussit. **D**iligite iūmicos vros bñ

facite hns qui oderunt vos. et ora
te pro psequētibz vos. Dura sūt.
Sed ppter uerba laborū tuorū e
go custodiu vias duras. Unde
tibi viribz tuis custodire vias
duras? nisi qā misericōdia eius an
oculos tuos est? Ecce dura ius
sit? amara iussit. uide q̄ pmisit.
Orate pro psequētibz vos: ut si
tis filii patris vū qui ī celis est.
Si tibi diceret ora pro iūmīto tuo
ut sis filius p̄is tui. ne exhere
diter te pater carnalis: quia h̄
tibi relicturus est qd̄ hinc nō es
ablaturus. timeres et faceres.
Dimittit tibi pro hns: ut sis fili
us altissimi. Cogita p̄ez: et ag
nosce hereditatem. Hic ergo ī
pe orare p̄ iūmīto tuo. illo mag
no qui tibi multa mala fecit: q̄
ī te multa dura cōgessit. Ina
pe pro illo orare. et vide cor tuū
litigare tecū. Qd̄ ergo vis quod
tibi placet. qd̄ delectaris scdm̄
īteriorē hōiem? obteperas deo
tuo et oras p̄ iūmīto tuo: aurū
es. Qd̄ vero cū amare teperis ī
capit tecū carnalis infirmitas
litigare: ipse sunt sordes a qbz
te vult deus ī fornace purgari.
Exerce ergo ī medns malis.
Obone si quis est bonus. nō de
tuo bono quia fuisti malus. sed
de illius qui nūq̄ est malus:
exercere ī medns malis. Nec vo
lo michi dicas. saltim si neces
se esset ppter exercitacionē nos
trā ut essent mali: pauca esset
mali. et boni multi esset. Non
attendis qā si pauca esset mul
tis nō noceret: utiqz cōsidera
uit vir prudens: qz si multi es

sent boni. et pauca mali esset: pau
ca mali multis bonis nocere nō
auderent: sed si nō auderet nō
exereret. Nūc vero quia mul
ti sunt mali. laborat? a pauca
bonus īter multos malos? et
cū laborat? sudatur: nō sudat
aurū purgat? Esto ergo ī deo
domus dei. Jā tecū ī corde tuoli
tigauit infirmitas? iuora v̄
cas: assit tibi deus. adiuuet
iubet. Jam factus es victor infir
mitatis tue. iā suscepisti aīo
et fructū orādi pro iūmīto tu
o. Vide quid boni esset. cōpara
illū tibi. Ille meditat? tepmō
nes: tu fundis oraciōes. Ille si
nocet: palam nocet. Tu qd̄ pro
illo oras deus nouit: ille nō
dit. quia cor tuū nō distat? cū
ergo palā nocet: tu occulte oras.
In isto torculari ecclesia cōpa
rata est. Vide si nō ille qui palā
nocet: amurca est cōtueres per
publicū. Amurca per publicū
currit? oleū autē ad sedē suam
occultos transitus habet: ut
occulte transeat. ī magnitudi
ne apparet. Q̄ multi em̄ o fia
tres mei q̄ multi ī ista cōfluc
tacione rerū ī hui? mūdi ma
litiā. ī ista malorū habūdācā
subtraxerūt se. et cōuersi sūt ad
deū et valefecerūt mūdo. et cepe
rūt pauperibz subito donare
res suas. qui paulo ante rapie
bant alienas: sed multi rapto
res īuasores spoliatores publi
ce apparēt. Amurca illa est per
plateā currens. Illi autē vnus
hinc. vn? inde corde cōiūcto ma
la faciens malus pmanē erū

bestens. demoniata cogitās spē
 sculi irridens. spem celestē ex
 pectans: mutans amores et
 mores oleū ī torculari sātatis
 est. vas ī honorē ē ī domo mag
 na aurū est ī fornace. granū est
 ī horreo. Ibi ē decōr domus dei.
**Finis q̄ritus decim⁹ sermo. incipit
 q̄ritus decim⁹ eiusdē habitus
 ī basilica sanete celerine.**

Sermones diuinorū
 eloquiorū tū recita
 vent⁹ audiui⁹. **Ca**
 nobis ē materies
 loquēdi. posita. **In**
 de idē sapere debem⁹. idē semu
 nare qd̄ sapim⁹ adiuuāte illo
 ī tu⁹ manu sunt sicut scriptū
 ē et nos. et sermones nr̄i. Nec
 frustra alio loco scriptū est: lau
 dabo sermonē ī dño laudabo ver
 bū. Hoc laudatur ī dño: qd̄ dat
 dñs. Quis ergo īfirmi sum⁹. va
 sa tñ sum⁹ eius? capim⁹ q̄ntum
 possum⁹: cōicam⁹ sine liuore qd̄
 capim⁹. Suppleat ille ī cordibus
 nr̄is qd̄ nos minus fecerim⁹. q̄
 et qd̄ operamur ī cordib⁹ nr̄is ma
 nibus nr̄is. qd̄ est nisi ille totū
 agat ī cordib⁹ nr̄is? **Lectio p̄ma**
 phetica quid nobis cōmēdaue
 rit me tōmemorante recolite.
 Quid dignū īquit offerā dño?
 Querebat homo sacrificiū quo
 placaret deū: uel quo placeret de
 o. **S**uauabo īquit genu deo extel
 sō. placabo eū ī milib⁹ taurorū.
 aut ī denis milib⁹ caprarū pin
 guū aut offerā deo fructū ven
 tris mei: pro p̄tō aīe mee. **Res**
 pondetur ergo tibi o hō. **O** homo
 a quo respondet⁹: nisi a quo sc̄us

est hō? **Q**uerētī qd̄ offeras deo et
 vnde places dñm. uel vnde pla
 ceas deo? **R**esponderūt tibi quid
 sit bonū. aut quid aliud dñs ex
 quirat a te. nisi ut facias iudi
 ciū et iusticiā. et diligas mise
 ricordia. paratusq̄ sis ire cum
 dño deo tuo. **Q**uerebas qd̄ offe
 res pro te: offer te. **Q**uid eī dñs
 q̄rit a te. nisi te? **Q**uia ī oī crea
 tura terrena nichil melius fec
 te. **Q**uerit te a te: quia tu p̄de
 ras te. **S**i autē facias qd̄ iussit: ī
 uenit ī te iudiciū et iusticiam.
Judiciū p̄mo ī teipso: iusticiam
 ad p̄ximū tibi. **Q**uō iudiciū in
 teipso? **U**t displiceas tibi qd̄ e
 ras: et possis eē qd̄ nō eras. **J**udi
 ciū īq̄ de teipso ī teipso sine ac
 ceptione p̄sone tue: ut nō par
 cas p̄tās tuas. nec ideo tibi pla
 ceant q̄a tu facis. **N**ec te laudet
 ī bonis tuis. et deū attuses ī ma
 lis tuis: hoc eī est p̄uersū iudi
 ciū. et ideo nec iudiciū. **U**t enī
 ostenderet deus p̄uersū iudi
 ciū nō esse iudiciū: nō ait qd̄
 dñs q̄rit a te nisi facere rectū
 iudiciū sed facere īquit iudiciū
Si enī rectū. tūc iudiciū: si at
 p̄uersū. nō iudiciū sed viciū.
Quid ergo faciebas q̄n te p̄di
 deras? et post tuā p̄dicationem
 ibas? **I**bas et nō redibas. **Q**uid
 faciebas? **S**ao quid faciebas. ī
 bonis tuis te laudabas: ī ma
 lis tuis deū blasphemabas. **H**oc
 est p̄uersū iudiciū: et ideo dixi
 nec iudiciū. **V**is ergo facee rec
 tū iudiciū. hoc ē iudiciū: **I**llud
 qd̄ faciebas corripge. **P**repostera:
 et rectū iudiciū erit. **Q**id ē corri

ge. Deū lauda ī bonis tuis: te
accusa ī malis tuis. **C**ū tibi e-
go puerfus displiceris. teq; il-
lo qui creauit adiuuāte conuer-
teris: rectus seruabis iusticiā.
Placebit ei tibi deus si rectus
fueris. nō discrepabis a recto:
nisi prauus atq; puerfus. **F**er-
tus autē recto conuenies: et si-
ne dubio tibi placebit deus. **C**ū
enī displicebat. puerfuitati tue
displicebat. **A**udi sanctū psal-
mū. **Q**ui bonus israhel deus rec-
tus corde. **I**ste qui hoc dicit ī psal-
mo. displicuerat illi deus. **A**-
bsit a me ut arguam: et potius
confitenti credam. **E**cce audite
mecū et considerate quid dixe-
rit: q; bonus deus iquit israhel.
Quibus? **R**ectus corde. **M**ei at
iquit. qm̄ nō erā rectus corde:
mei autē pene cōmoti sūt pedes.
hoc est effusi sunt gressus mei.
Quō est pene: hoc est paulomi-
nus. **Q**uid itaq; ait pene. pau-
lomin⁹ cōmoti sunt pedes mei.
effusi sunt gressus mei. pene i-
quit lapsus sum: pene cecidi.
Unde ī tantū periculū puenis-
ti? **Q**uia zelau iquit in pccō-
ribz ituens pacē pccōz. **Z**ela-
ui iquit ī pccōribz. ituens pa-
cē pccōz: hoc ē malos hōies
videndo felices titubau sub
deo: pene cecidi a deo. **E**cce vn-
de displicuerat illi deus: quare
mali habent bona. **D**eniq; vi-
dete verba titubātis: que apud
se dixerit. **E**cce ipi pccōres. **I**mp-
so psalmo uerba sūt titubātis.
Ecce ipi pccōres ī sēdō obtinue-
runt diuitias: et dixi quō sci-

uit deus. **I**psē dicit ī psalmo. **I**psē
loquit: cui deus necdū recto dis-
plicuerat q; mali habūdarent
bonis? quō iquit sciat. et si est
sciencia ī altissimo? **V**idete ad hū-
mō qd adiuungat. **V**idete quē ad mo-
dū titubando. **P**roinquet casu:
et si viānas peridiā. **V**idete
q; quid adiuungat. **N**ō quid vāno
iustificauit cor meū: et laui in
inocentibz manus meas. **P**er-
didi iquit totū. qd bene vixi.
Iustificauit cor meū: laui ī ino-
centibz manus meas. **I**ohocui
mali sint felices: et ego tribu-
ler. **E**t fui iquit flagellatus
tota die. **G**audēt illi: et ego fla-
gellor. **G**audēt qui blasphemā
deū: flagellor qui colo deum. **E**cce
modo sinit deus? **H**inc tituba-
uit. hinc pene cecidit: hinc putauit
ad deū res hūanas nō p̄tine-
re. **C**ū ergo hoc putaret non re-
to sed peruerso corde. et quasi
ueri sili rāte dicit p̄ istam cō-
uenientia credere ad deū gube-
natōz rerū humanarū non p̄-
tinere: placuerat illi sic p̄dicā-
re et hoc asserere et docere hoc.
Reuocatus est sanctorū aucto-
ritate. **V**idete eī uerba ei. **S**ic
dicebā iquit: sic narrabo. sic p̄dicā-
dicabo. sic docebo. sic dicā hōibz.
ad deū cuiā rerū hūanarū non
p̄tinere: sic dicebā. narrabo sic
p̄dicā. **Q**uō ergo narrabo sic?
Nō sic narrauit moyses: nō sic
narrauerūt abrahā p̄saac et
iacob. nō sic narrauit ihēnuas.
nō sic p̄saas. nō sic ceteri p̄phē.
Isti autē oēs filii tui. **E**go ergo

si nareabo su. generatione filioz
tuoz reproboabo. **Q**uod ergo facia.
Suscepi cognoscere. Suscepit iquit
cognoscere. Sed magnū ē cognoscere.
difficile ē cognoscere. **H**oc inquit
postea q̄ dixit suscepi cognoscere.
hoc labor est ante me. **Q**uōd cognos-
cā et iustū deū esse et res hūanas
nosse. et peruectis bene cē. rectis
aliquā male esse. quō sit iustū sus-
cepi cognoscere. et labor est an̄ me.
Quouitq; labor. **D**onēt itrem in
sanctuariū dei et itelligā ī nouis-
sima. **I**ntra ergo ī sanctuariū dei
aīa fidelis. itra ī sanctuariū dei
aīa pia: au nō displicet deus ī ma-
lus tuus et ī bonis malozū. au nō
displicet deus et si nefas qua-
racione fiat. **C**rede nō iuste fi-
eri qd̄ sinit aut facit deus. **H**ūa-
na racione dicebaris. diuina
auctoritate reuocare: et crede
ibi aliquid esse quod te later. **N**ā
deū puerisū et ūquū cē nō posse:
fide certissima credendū est. **S**ic
itran fide ī scāriū dei itran
credendo: dicit itelligendo. **S**ic
ē aut. **D**onēt itroeam ī scāriū
dei. **Q**uo itrat fides: et post fide
quid. **E**t itelligā ī nouissia. **V**e-
nient nouissima: qn̄ nulli bono
erit male. nulli malo erit bene.
Venient inq̄ nouissia qn̄ discer-
nātur p̄n ab ip̄is: iusti ab iuis-
tis. laudatores dei a blasphema-
tozib; dei. **V**eniet qn̄ discernāt.
ut nulli sicut dictum est bono
sit male: nulli malo sit bene. **Q**u-
re ergo modo nō sic. **F**orte et
modo et modo sic. **S**ed qd̄ nūc
est ī occulto: post erit ī mani-
festo. **I**ngredere meū si potes

100
ī sanctuariū dei forte ibi si possu-
dotebo te. **Y**mo discite meū ab e-
o qui docet me et nūc esse bo-
nus bene. et melius eē bonus
q̄ malus. **Q**uis nondū uenerit
bonozū felicitas nūdūq; uene-
rit malozū pena nouissima. **F**or-
te itelliges meū nō eē bñ ma-
lus. **H**ogo eī te ut q̄ras abs te ti-
bi. quare male est. **R**espon-
sus es. **E**gestas angit: premit
difficultas. **D**olor fortasse me-
brozū: timor ab iūmido. **T**ibi
deo male est quia pateris ma-
la: et bene est illi qui est ipsū
malū. **M**ultū itere est. malum
pati. et malū esse. **T**u qd̄ pate-
ris nō es. **M**alū enī pateris: s;
tu nō es malus. **I**lle autē malū
nō patitur: et malus est. **N**oli ex-
go falli: noli falli. **N**ō p̄t fieri ut
tibi male sit qui malū pateris:
et illi bene sit qui est malus. **T**u
enī est malus. putas qā nō pa-
titur malū cū patitur seipsū.
Tibi male est quia malū alie-
nū pateris in corpore tuo: et il-
li bene est qui malū seipsum
patitur ī corde suo. **T**ibi male
est quia malā habes villā. **E**t
et bene est illi qui malā habet
aīaz. **E**sto bonus: quia habes
bona. **B**one sunt diuitie: bonū
est aurū. bonū est argentū. bo-
ne familie. bone possessiones.
Oīa ista bona sunt. **S**ed unde
facias bene. nō q̄ te faciant ī
bonū. **H**abeto bona: que te fa-
ciant bonū. **Q**ue sunt iquis
ista. **F**ac iudiciū: fac iusticiā.
Bona sunt que habes: fac iu-
diciū. fac iusticiā. **E**sto et tu

bonus inter bona tua. Erubescite
bonus tuus. Noli esse malus in
eis. ne percas cum eis. Tertia quo
se habeant fratres hominum. quomodo sit ser
uanda iustitia. et quomodo diligen
da misericordia. et quomodo debeat quis
quod paratus esse ire cum domino suo. ali
o tempore donante domino disputabi
mus vobis. Tenete me debitore.
ne diu habeatis fatigatorem.

**Finit quintus decimus sermo: la
pit sextus decimus sermo eius de
mensa sancti cypriani in domino**

co die. de vinea et conductis

Lectiones sanctas plu
res cum recitaret au
diuimus. et de his
nos oportet dicere quod

dominus donare fuerit dignatus. Sed
lectione omnis auditor quod recitatus
lectum est magis meminit: et ut in
de aliquid a tractare uerbi di
catur. expectat. Cum ergo in ulti
mo sit sanctum euangelium recita
tum: non dubito spectare caritate
vram. ut de ista vinea. et de con
ductis. et de mercenario aliquid
audiatis. sed ego memini super
ore dominica quid promiserit. Cum ei
de sancto propheta quod lectum fuerat
aliquid exponere uoluisset: lectum
autem fuerat quodam homini quibus sa
crificans placaret deum. renuntia
tum esse nichil ab illo deum querere.
nisi facere iudicium et iustitiam et
diligere misericordiam. paratusque esse
ire cum domino suo. Tractavi quantum
potui de iudicio: tantumque sermo
productus est. ut non remaneret
temporis spatium: quo possem de
ceteris disputare. Unde me pro
misi hodie in die de iustitia esse

dicturum. Sed qui expectabatis ut
de euangelio loquerer: nolite pu
tare vos fraudatos. Opus enim
in illa vinea ipsa est iustitia. Pu
tate ergo vos esse conductos:
qui pueri uenerunt prima hora.
se adductos putent. Qui ad do
lestentuli tertia: qui iuuenes
sexta. Qui grauiores nona: qui
detreperunt undecima. De tempore
nolite causari opus quod faciat
audite mercedem scilicet expecta
tate. Et si attendistis dominus nos
ter qualis est. nolite in uideri si
merces equalis est. Quod est opus
nostis: sed commemorabo. Audi
te quod nostis: et facite quod audi
tis. Diximus dei esse opus ius
titiam. Interrogatus autem dominus
ihesus quod esset opus dei: respondit.
Hoc est opus dei: ut credatis in
eum quem ille misit. Poterat dicere
Iustitia est opus dei. Nihil enim ego
nos presumere aliquid conducti contra
patrem familias ausi sumus. si ius
titia est opus dei sicut ego dixi.
Quomodo erit opus dei quod dominus dixit
ut credatur. et si ipsa sit iustitia
a crede in eum: Sed ecce quis a
domino audiuit: hoc est opus dei
ut credatis in eum. Atte audiui
mus quod opus dei sit iustitia: pro
ba nobis credere in christum hanc
esse iustitiam. Videtur michi quomodo
iam respondeo querenti et iustitia fla
gitanti. Videtur tibi credere in
christum. non esse iustitia: Quid
ergo? Impone huius operi nome
nium. proculdubio si bene consideras: quod
audisti responsurus es michi.
Ista fides vocatur: credere in
tum fides vocatur. Accipio quod dicitur.

credere in xpm fides vocat. Audi et
 tu alia scripture loca. Justus ex
 fide vivit. facite iusticia. credi-
 te. Justus ex fide vivit. Difficile
 est ut male vivat: qui bene cred.
 Credite ex toto corde. credite non clau-
 ditantes. non hesitantes. non contem-
 ptam fidem humanis suspitionibus ar-
 gumetantes. Fides appellata est
 ab eo: quia fit quod dicit. Duc sillabe
 sonant cum dicitur: fides. Prima silla-
 ba est a facto: scilicet a dicto. Inter-
 rogo ergo te utrum credas? dicitur
 do: fac quod dicitis. et fides est. Ego
 enim respondens vocem audire pos-
 sum: cor credentis videre non
 possum. Sed nunquid ego ad vi-
 neam conduxi? tu? cor videre non
 possum. Nec ego conducto. nec e-
 go opus indico: nec ego denari-
 um mercedem paro. Coopari? vix
 ego sum. pro viribus quas ille do-
 nare dignatus est vinea laboro. Quod
 autem alio labore: qui me conduxit
 ut a vobis iudicer. Et vos vocem
 meam potestis audire. non po-
 testis cor meum videre. Omnes cor
 meum deo videndum ponam? et
 opus ex alio faciam? Conductum
 non offendam? ut libera
 fronte mercedem accipiam? Et
 nos quando videbimus? sincere corda
 vestra: sed postea. Nunc adhuc tene-
 bras mortalitatis huius arant
 vultus? et ad lucernam scripture
 habemus? sicut dicit apostolus petrus
 monentem. au benefactis intendentes
 tunc lucerne in obscuro loco.
 donec dies luceat. et lucifer o-
 riatur in cordibus vestris. Pande au-

rissimum propter ipsam fidem qua cre-
 dimus in deum: in comparatione infide-
 lium dies sumus. In infidelitate
 nox cum ipsis sumus: modo lux
 dicente apostolo. Fuistis aliquando
 tenebre: nunc autem lux in domino. Te-
 nebre in nobis: lux in domino. Item
 in alio loco. Omnes enim vos filii
 lucis estis: et filii diei. Non sumus
 noctis neque tenebrarum: sicut in
 die honeste ambulemus. Dies
 ergo in comparatione infidelium: in
 comparatione vero diei illius quam re-
 surgent mortui. et corruptibile
 hoc inducet incorruptibile. et mor-
 tale hoc inducet immortalitate.
 adhuc nox sumus. Nobis tamen iam
 in die dicit apostolus iohannes: dilectis-
 simi. filii dei sumus. Et tamen quia
 nox est. quod sequitur? Et nondum
 apparuit quid erimus. Scimus
 quoniam cum apparuerit similes ei erimus?
 quoniam videbimus eum sicuti est. Sed
 ista merces est non opus. Vide-
 bimus eum sicuti est: et ipse est merces.
 Tunc erit dies: quo clarior esse
 non possit. Nunc ergo in isto iam die
 honeste ambulemus: in ista adhuc
 nocte non de iure iudicem. Vi-
 dete enim et ipsum apostolum paulum qui
 dixit. sicut in die honeste ambule-
 mus. non resultare neque dissona-
 re a coapulo suo petro qui dixit:
 cum benefactis intendentes ser-
 moni salutis domino: tamen lucerne
 in obscuro loco. donec dies luce-
 scat. et lucifer oriatur in cordibus
 vestris. Videte hoc ipsum dicentem
 apostolum paulum. Itaque nolite quicquam
 ante tempus iudicare. Et quoniam
 erit tempus. Donec veniat dominus
 et illi munet abscondita tene-

brauū. et manifestet cogitacōes
cordis: et tūc laus erit vnicuiq;
a deo. **Quid** est ante tempus.
nisi anteq; corda iuice iudica-
tis: **Intendite** si hoc est qd dixi
oīa uerba illius sentēcie pau-
lisper audite. **Nolite** ante te-
pus qd q; iudicare. **Et** qm̄ erit te-
pus: **Donec** uēiat dñs et illu-
minet abscondita tenebrarū.
et manifestabit cogitacōes cor-
dis: et tūc erit laus vnicuiq;
a deo. **Quomodo** te reprehen-
dūt tenebre? qm̄ a luce laudaberis:
Tunc patebunt corda: modo la-
tent. **Suspectus** est nescio quis
quasi iūmicus: et forte ē amicus?
Videtur alter quasi amicus:
et est forsitan occultus iūmicus?
O tenebre? seuit et amat: blā-
ditur et odit. **Si** ex uoab; iudi-
co: tranquillū uitans. scopu-
lū iūuro. **Fugio** amicu: heredo
iūmicus. **Hoc** fecit cor latēs. **Ibi**
credendū est: ibi iūus ubi la-
tet ubi occultū est. **Ad** hoc exco-
lendū conditus es. **Ibi** creden-
do coopare ubi nō te uidet co-
operari? tuus. sed uidet te dñs
tuus. **Iustus** ex fide uiuit. **Hoc**
age. **Iam** de iudicio. pōre dñico
disputauī. ut iudicares tempus et
tū te inuenire? puerisum non
tibi blandire? sed corrigēs
te et fieres rectus. et tibi place-
ret deus rectus. **Nā** rectus deus
puerso nō placet. **Dis** ut place-
at tibi rectus? **Esto** rectus. **Iu-
dica** tempus: noli tibi placere?
qd tibi i te merito displicet: cas-
tiga. emenda. corrige. **Scriptu-
ra** sancta sicut tūq; specu? lū. **Spe-**

coductus

culū hoc habet splendore nō me-
dare: splendore nō adulantem.
Nullus psonā adulantē.
Formosus es: formosū te ibi ui-
des. **Fedus** es: fedū te ibi uides.
Sed cū fedus accesseris. et fedū te
ibi uideris. noli accusare speculū.
ad te redi. **Nō** te fallit speculū.
tu te noli fallere. **Iudica** de te. nō
tristare de tua feditate? ut cū
abieris et discesseris tristis fe-
dus: correctus possis redire for-
mosus. **Cum** ergo iudicaueris
tempus. sine adulacōe iudica:
proximū cū dilectiōe. **Est** enī quid
iudices ad qd uides. **Nō** enī po-
tes ut aliqd iūideas ne sordescas
~~et~~ fieri pōt ut malū suū
proximus tuus tibi confiteatur.
et prodāt amico. qd terrent in
imico. **Quod** uideris iudica:
qd nō uides. deo dimitte. **Cū**
autē iudicas. dilige hominē.
oderis uiciū. **Noli** ppter uiciū
diligere uiciū. nec ppter uiciū
odisse hominē. **Homo** proximus
tuus est: uiciū iūmicus proximo
tuo. **Tunc** amas amicu: si oderis
facis: quia iustus ex fide uiuit.
Q; habūdat i reb; humanis:
hoc dico. **Aliqñ** amico tuo caris-
simo iūmicus ē aliqis. qui cū
amicus amborū. **Incipiūt** cū
de trib; amicis duo iter se iū-
micū? quid faciat medius q
remansit? **Dult.** exigit. **Flagi-
tat** a te. ut oderis cū illo que
odisse cepit: et hec uerba dicit
tibi. **Nō** es amicus meus: qui
es amicus iūmicū mei. **Que** uox
hui? est ad te. ipā est et illius

ad te. **I**res ei eratis? tres eratis. duo repetunt esse discordes: remanisti tu. **S**i huic te iuxeris: illi habebis inimici. **S**i illi: istum. **S**i ambobus: abo murmurabunt. **E**t te temptatio. **E**cce spine in vinea: quo conducti sumus. **E**xpectas forte a me audire quid facias. **P**ermane amicus amborum: qui discordant inter se: concordent per te. **M**ala si qua audis ab altero de altero: noli prodere alteri ne forte sint postea inimici qui modo sunt amici et proditores suos prodant sibi sed hoc propter homines dixi: non propter oculos eius qui nos conduxit. **E**cce nemo te prodit: deus qui videt qui te iudicat. **A**udisti ab irato uerbum: a dolente a succensente: moriatur. **Q**uare proditur? **Q**uare profertur? **N**on enim si in te fuerit discipulet te. **D**ic sane amico tuo qui vult te facere inimicum amici tui. **A**lloquere eum: egrotante animam medicine lenitate tracta. **D**ic illi. **Q**uare vis ut sum inimicus illius? **R**espondet: quia inimicus meus est. **V**is ergo ut sum inimicus inimici tui? **I**nimicus esse debeo inimicum: hoc est. **E**st alius inimicus tuus: cui debeo esse inimicus. **S**i amicus tuus sum. **R**espondebit. **Q**uare vis ut sum inimicus meus? **D**icit tui. **R**espondebit. **Q**uod viciu meum? **O**diu quo odisti amicum tuum. **E**t ego similis medico. **M**edico non amat egrotante: si non odit egrotantem. **V**t liberet egrum: persequitur febre. **N**olite amare vicia amicorum vrorum: si amatis

amicos vros. **S**ed tui dico? **P**utas ne facio ipse que dico? **F**res mei facio in me prius facio. **I**n me autem facio. **S**i a domino accipio facio. **O**dio vicia mea: cor meum sanandum offero medico meo: persequar eum quantum possim. **S**ermo de illis: confiteor quia sunt in me: et ecce accuso me. **O** qui me reprehendebas: corripue te. **H**ec est iustitia: ne dicatur nobis. **S**tipulam in oculo fratris tui vides: et trabem in oculo tuo non vides. **P**rocurata ecce primam trabem de oculo tuo: et tunc videbis ecce festucam de oculo fratris tui. **I**ra festuca est: odium trabes est. **S**i nutritis festucam: fit trabes. **I**ra iueterata fit odium: festuca iueterata trabes fit. **V**t ergo festuca non fiat trabes: non occidat sol super iracundiam vestram. **V**ides sentis te odio luente: reprehendis irascentem odium et recte reprehendis. **I**ra est in oculo eius: in tuo trabes. **N**am si odisti tu quomodo vides quod trahas: trabes est in oculo tuo. **Q**uare trabes est in oculo tuo? **Q**uia festucam ibi nata contempsisti. **C**um illa dormisti: cum illa surrexisti: cum in tempore extolueris: falsis suspicionibus irrigasti uerba adulationum ad te mala uerba de amico deferentiam credendo nutriti: festucam non auulsi diligencia tua trabem fecisti. **T**olle trabem de oculo tuo: noli odisse fratrem tuum. **E**xpauentis an non? **D**ico tibi noli odisse: et securus es. **E**t respondes michi: et dicas michi. **Q**uid est odisse: et quod mali

est? Quia odit hō inimicū suū o-
disti fratrem tuū. Sed si odiū con-
tempnis: audis quod attendas. Qui
odit fratrem suū: homicida ē. Qui
odit homicida est. Nō venenum
parasti: nō ad percipiendū inimicū
cū gladio percussisti. nō mīstrū sce-
leris parasti. nō locū nō tempus.
postremo ipm scelus nō fecisti.
Im odisti: et prius te q̄ illum
occidisti. Discite ergo iustitiam:
ut nō odertis nisi vitia: et hōies
amatis. Hoc si tenueritis et hanc
iustitiā feceritis. ut hōies vicio-
sas etiā sanari malitis potius
q̄ dampnari: bonū opus in vinea
fecistis. Sed exerceite vos in hoc
frēs mei. Ecce post sermonem hunc
missa cathedra mēs. Manebūt
fideles: uenietur ad locū orōis.
Scitis quo accessuri sum? Quid p̄
deo ducturi sum? Discite nob̄ debi-
ta nr̄a. Agite ut dimitat sanguis. Ve-
nietis ad uerba ista orationis.
Quō ea dicatis. quō nō dicatis?
postremo iterrogo. dicatis an nō
dicatis? Odisti et dicis: respon-
debis michi. Ego nō dico. Oras
et nō dicis. odisti et dicis. oras
et nō dicis. Ergo si dicis tu me-
turis. si nō dicis nichil mereus.
Obseruante attende te. Modo es
oraturus. Dimitte ex corde tuo.
Litigare vis cū inimico tuo: liti-
ga cū corde tuo. Dic cordi tuo.
Noli odisse: illud autē cor tuū
inimicus tuus adhuc odit. Dic
aīe tue: noli odisse. Quō orabo?
Quō dicā dimitte nobis debi-
ta nostra? Possum? quidē hoc
dicere? sed quod sequitur quō di-
cam? Sicut et nos. Quid? Sic?

et nos dimittim? Vbi ē fides? In
quod dicis. sicut et nos. Et nō uide
dimitte aīa tua et cōtrastruere
quia dicis ei: noli odisse. Respo-
de illi quare tristis es aīa mea?
et quare cōturbas me? Quare
cōturbas me quare tristis es?
Noli odisse ne perdas. Quare cō-
turbas me? Spera in deū. Sanguis
anhelas. egritudine sanguinis.
Nō potes tibi tollere odiū. Spera
in deū. Meditus est. pro te pepe-
dit in ligno et nudū est vindicta-
tus. Quid vis vindictari? Ideo
ei odisti ut vindictaris. Vide pe-
pendente deū tuū: uide pendente
et tibi tāq̄ de ligno tribunali
ascendente: uide pendente et
tibi languenti de suo sanguine
medicamentū faciente. Vide pe-
pendente. Vindictari vis. Vindicta-
ris uide pendente. Audi p̄cāte.
Pater ignosce illis quia nesciūt
quod faciunt. Sed potuit hoc face-
re dicis michi. Ego nō possum. Ego
enī hō sum: ille deus. hō ego. hō
ille. deus homo. Deus ergo hō?
quid homo? si nō corrigitur hō?
Sed ecce tibi loquor. O hō mul-
tū est ad te imitari dñm tuum.
Attende stephanū confessorū tuū.
Certe stephanus sanctus hō ē.
rat an deus? Homo erat. plane
homo erat. Hoc erat quod tu. sed
quod fecit. nō nisi donāte illo quod
rogas et tu. Vide tñ quod fecerit.
loquebat in deis: seuebat et di-
legebat. Vtrūq̄ ostendit debere
quia dixi seuebat. dixi et dili-
gebat. Vtrūq̄ debet demonstrare.
re: et seuiēte et diligere. Audi
seuiēte dura teruice. Verba

sunt sancti stephani qm iudeos al
 loq̄batur. Dura ceruice iactant
 corde et auribz: vos sp̄ sp̄m̄ sanc
 to resististis. Quē phetaru nō
 occiderūt p̄res v̄i: Audistis scilicet
 entē. Alterū debeo. Audi et dili
 gentē. Irati illi facti et grauius
 irascebant et mala pro bonis
 reddentes: ad lapides cucurre
 rūt. dei faulū lapidare ceperunt.
 hic p̄ba sancte stephane dilectio
 nē tuā: hic te videam? hic te
 spectem? hic vitorē dyaboli tri
 umphatorēq̄ ternam? Audiu
 mus seuientē aduersus tacētes: Se
 uiebas aduersus tacētes: uide
 amus si diligis lapidantes. Si
 enī odisti et odisse potuisti: nūc
 est tēpus qm̄ lapidans. Tūc max
 ime odisse debes. Videam? si red
 dis duriciā cordis lapidibz du
 ris: lapidibz qui te lapidant. La
 pides eī mittūt. Lapidēs durā
 duri. Qui i lapide legē accēperit
 lapides mittūt. Videam? h̄m̄ vi
 deam? spectem? magnū specta
 culū: expectem? et dicit tralluō
 ponendū. Videam? ecce stepha
 nus lapidat̄ sit cōstitūt? q̄i ante
 oculos n̄ros. Eya membrū xpi q̄
 a athleta xpi inspicit illū qui pro
 te pependit i ligno. Crux figeba
 tur ille: tu lapidaris. Ille dixit
 p̄ ignosce illis: quia nesciūt qd
 faciūt. Tu quid dicis? Audia vi
 deā tenēā forte possū imitari ul
 te. Primo b̄tus stephan? stans
 orauit pro se et ait. Dñe ih̄u ac
 tūpe sp̄m̄ meū. Deinde positus ge
 nibz pro lapidatoribz orās. Dñe
 iquit ne statuas illis hoc p̄ccm̄:

hoc dicto obdormiuit. O felix sop
 nus: et q̄es v̄ca. Ecce qd̄ ē req̄este
 p̄ iūctis orare. Sed paululū q̄
 so te sancte stephane expone m̄
 hoc nescio quid. Quare p̄estas
 orasti? p̄ iūctis genu fixisti?
 Responderet fortasse qd̄ itelligi
 mus. Pro me stans orauit: et q̄
 pro me qui recte deo seruiui ora
 ui. orando et ip̄tando nō labora
 ui. Pro me nō laboraui. Qui p̄
 iusto orat: nō laborat. Ideo stans
 pro se orauit. Ventū est ut oraret
 pro iudeis p̄ iūctis xpi et p̄
 iūctis sanctorū. p̄ lapida
 toribz suis. Attendit immūā et
 magnā esse impietate ipsorū que
 difficile donari posset et genu
 fixit. Fige genu i hac vinea for
 tis operarie fige i q̄ genu i ope
 hui? vince fortissime operarie.
 Magnū opus tuū egyptū et
 laudandū multū. Multū altū
 fodisti qui odiū iūctis de cor
 de exuisti. Couersi ad dñm. **Ex
 plicat sermo sextus decim? i capit
 decim? septim? ei? de die sabbat
 ab eo qd̄ dictū in euāgelio pet̄
 a dño petre amas me cuius
 respon̄sioni dñs subiūgit
 pasc oves meas. 2^a 1218**

Postolū petrū pri
 mū oim̄ aplōrum
 menūstis i dñi pas
 sione fuisse turba
 tū. Fuit enī prius
 audax phuptor. et postea factus
 am vixerit quomodo viuere et ante
 penitentiam debuit: post reconcili-
 ationem quando cuius defunctus fuerit
 ad deum vadit in requiem vadit. Reg-
 no dei non priuabitur: a populo diaboli se-
 parabitur. Quisquis autem positus
 in ultima necessitate egritudinis
 siue voluerit accipere penitentiam

et accepit et mox reconciliatus
 fuerit: et vadit id est exit de
 corpore. Factor vobis. non illine-
 gamus quod petit: sed non presumi-
 mus quia hic bene exeat. Non
 presumo non vos fallo. ^{no presumo} Fidelis
 bene viuens: bene hinc exit.
 Baptizatus ad horam bene hinc
 exit. Agens penitentiam dum sanus
 est et reconciliatus. et postea be-
 ne viuens: securus hinc exit. Sed
 dicatis. Quid est bene viuere post
 penitentiam doce nos. Abstinate
 vos ab ebrietate. a concupiscentia
 a furto. a maliloquio. ab ipso
 moderato risu. a uerbo otioso.
 unde reddaturi sunt homines rati-
 onem in die iudicii. Erte leuia dixi
 et omisi illa grauiora et pestife-
 ra. Et aliud dico. Non solum ante
 penitentiam bene viuendum est:
 sed post penitentiam melius: sed ab
 istis vitis homo seruare se debet.
 Age ergo penitentiam dum sanus
 es. quia nescis si ipsam penite-
 tiam possis accipere: et confite-
 deo et sacerdoti peccata tua. Er-
 te quare dixi quod ante penitentiam
 bene viuendum est: et post melius.
 Agens vero penitentiam ad ultimum
 et reconciliatus: si securus hinc
 exit. ego non sum securus. Unde
 securus sum? Securus non sum:
 et do securitate. Unde non sum se-
 curus. penitentiam dare possu-
 securitatem dare non possu. Quod
 dico attendite. Debeo illud pla-
 nius exponere ne me aliquis male
 intelligat. Non quid dico dampnabi-
 tur? Non dico: sed nec liberabitur
 dico. Et quid michi dicitis sancte
 episcope. Quid tibi dico? Nescio

Dixi. nō presumo. nō pmitto.
plus nescio de voluntate dei. Vis
te frater a dubio liberare. et qd
incertū est euadere. Age penitē
tiā ante dū sanus es. Si ei ege
ris verā penitentiā dū sanus es;
et iuenerit te nouissim⁹ dies tur
re ut reconcilieris. Si sic agis; se
curus es. Quare securus es. Vis
tibi dico. Quia egisti penitentiā
eo tēpore quo peccare potuisti.
Ecce dixi quare securus es. Si at
tūc vis agere ipām penitentiā
qn̄ iā peccare nō potes: pccā te
dimiserūt nō tu illa. Sed vnde
scis iquis. si forte michi deus
miserat. et dimittat michi pec
cata mea. Verū dicis. uerū di
cis. Vnde scio. Illud scio: h̄ nescio.
Et ideo tibi do penitentiā
quia nescio. At tu inq̄s. Ergo di
mitte causam meā deo. Quid
me tu uerbis alligas. Iudicio
me dei dimitte. Illius iudicio te
comitto; tu⁹ iudicio me comē
do. Nā si scire nichil tibi pdesse
penitentiā: nō tibi eā dare. Itē
si tibi scire nō pdesse: nō te admo
nere. nō te terrere. Due res s̄t.
aut ignoscat tibi. aut nō tibi ig
noscat. Quid horū tibi futu
rū sit ego nescio. Dimitte itaq̄
incertū; et tene certū. Dū uiuis
age verā penitentiā ut tū bene
ris i iudiciū dei nō ab eo cofun
daris: sed ab eo i regnū ducaris
tū ipius adiutorio. qui tū deo
p̄re et scō spū regnat donator
oim̄ per infinita s̄clōrū secula.

*Explicit uicesim⁹ quartus sermo:
incipit eius de uicesim⁹ quint⁹
sermo. de timore dei.*

Multa nobis fr̄es de timo
re dei p̄cepta sūt; et q̄ sic
utile timere deū inua
biliter diuina eloquia
sonuerūt. Ex qua uerberia cop
a pauca me comemorāte et ca
quantū pro tēporis breuitate po
tuero differente; libenter adue
tate. Quis nō sapientē se esse let
tur. Aut si nondū est esse deside
rat. Sed quid dicit scriptura: In
iciū sapientie timor dñi. Quis nō
regnare delectet. Sed audiamus
quid i psalmo spūs monent. Et
nūc reges itelligite. qui iudici
tis terram; seruite dño i timore
et exultate ei tū tremore. Vñ a
postolus dicit. Cū timore et tre
more: operamini uiam salutem.
Legim⁹ etiā scriptū. Concipite
sapientiam. serua iusticiā: et dñs
prebebit illā tibi. Multos enim
perim⁹ negligentissimos iustici
e. et auidissios sapientie. hos
docet scriptura diuina penitē
re nō posse ad id qd̄ appetunt:
nisi seruando qd̄ negligunt. Ser
ua iquit iusticiā: et prebebit t
bi dñs quā cupisti sapientiam.
Quis autē potest nisi deū time
at. seruare iusticiā. Dicit ei ali
o loco. Nā qui sine timore est:
nō poterit iustificari. Porro si
domin⁹ nō prebet sapientiam nisi
seruati iusticiā. qui autē sine ti
more est: nō poterit iusticiam
recurrere ad illā sententiam.
Itē sapiē timor dñi. Psalms
etiā ip̄hā tū septē illa notitia
dona spiritalia comēdaret. In
piens a sapia p̄cūt ad timore
dei. t̄p̄ de sublimi descendēs ad

nos. ut nos doceret ascendere. Inde
 ergo cepit quo volumus puerire
 et illuc peruenit unde debemus i-
 apere. Requiescet igitur in eo spiritus
 domini. spiritus sapientie et intellectus spiritus
 consilii et fortitudinis. spiritus scientie
 et pietatis. spiritus timoris domini. Si-
 cut ergo ille non deficiendo sed do-
 cendo sapiam usque ad timorem des-
 cendit: sic nos non supbiendo sed
 proficiendo a timore usque ad sa-
 pientiam oportet ascendere. In-
 tuum est sapientie timor domini. Ipsa est
 illa conuallis plorantis de qua
 psalmus dicit. Ascensiones in corde
 eius disposuit in conualle ploratio-
 nis. Per conuallem quippe: humili-
 tas significat. Quis autem humi-
 lis nisi qui timet deum? et eo timo-
 re conterens cor in lacrimis confes-
 sionis et penitentie. quia cor con-
 tritum et humiliatum deus non sper-
 nit: Sed non timeat: ne in conualle
 remaneat. In ipso enim corde contri-
 to et humiliato quod deus non spernit.
 ascensiones per quas in illum assurgemus
 ipse disposuit. Nam psalmus ita dicit.
 Ascensiones in corde eius disposuit
 in conualle plorantis in loco quem
 disposuisti. Vbi fiat ascensiones?
 In corde igitur. Sed unde ascen-
 dendum est? Vtique a conualle plo-
 rantis. Et ascendendum est in locum
 igitur quem disposuisti. Quis iste
 locus est nisi quietis et pacis?
 Vbi est illa clara et quae nunquam mar-
 cescat sapientia. Unde ad nos exerci-
 tandos quibusdam doctrine gradi-
 bus descendit psalmus a sapientia us-
 que ad timorem. a loco salutaris sem-
 piterne pacis usque ad conuallem
 plorantis ut: in confessione peni-

tentiae dolendo. gemendo. flendo.
 non remaneam? in dolore et gemitu
 et fletu: sed ascendentes ab ista
 conualle in montem spirituale ubi tri-
 uitas sancta ihesum matrem nostram etna
 fundata est in perturbabili letitia per-
 fruam. Ergo ille cum proposuisset sa-
 pientiam lumine saluaret mentis in defici-
 ens. adiunxit intellectum tam quarentibus
 unde ad sapientiam pueriret: respondet
 ab intellectu. Unde ad intellectum.
 A consilio. Unde ad consilium: A for-
 tudine. Unde ad fortitudinem: A
 scientia. Unde ad scientiam: A pie-
 tate. Unde ad pietatem: A timore.
 Ergo ad sapientiam a timore: quia in
 itum sapientie timor domini. A conualle
 plorantis usque ad montem pacis.
 Etiam enim pauperes spiritus: quoniam in potum est
 regnum celorum. Ipsi sunt in conualle hu-
 miles: ipsi in timore cor contritum et
 humiliatum sacrificant deo. Unde ascen-
 dunt ad pietatem ut non resistat vo-
 luntati eius. siue in sermonibus eius
 ubi non capiunt sensum eius. siue in
 ordine ipso et gubernatione creatu-
 re completa que aliter accidunt quam pri-
 uata hominis uoluntas exposcit. Ibi
 quippe dicendum est. Verum non quod
 ego uolo: sed quod tu uis pater. Etiam
 enim mansueti: quoniam ipsi hereditabunt
 terram. Non terram morientium: sed
 terram de qua dictum est. Dormitome-
 a in terra uiuentium. Ab ista quippe
 pietate merebuntur scientiae gradum
 ut nouerint non solum mala peccatorum
 peccatorum suorum de quibus in primo gradum penitentiae
 dolore fleuerunt

Explicunt sermones huius libri

In apertis tabula sermonum sanctorum patrum
 Augustini theonimi et abbas de veteri
 testamento

- pm⁹** De causa q̄dragesimalis ieiunij dñi.
- l^o** De cayn et abel.
- 3^o** De b̄to p̄iarcha abrahā.
- iiii^o** De eodē et imolacōe ysaac filij eius.
- v^o** De ysaac et cōiunctione sancte rebecca.
- vi^o** De cōceptu sancte rebecca.
- vii^o** De b̄to p̄iarcha ioseph.
- viii^o** De b̄to p̄iarcha iacob et ioseph filio eius.
- ix^o** De b̄to p̄iarcha ioseph.
- x^o** De eo q̄ mortuo ioseph creuerūt filij isrl̄.
- xi^o** De sp̄tali colluctacōe isrl̄itarū et egyptiorū.
- xii^o** De decē plagis egyptiorū.
- xiii^o** De eo q̄ idurauit dñs cor pharaonis.
- xiiii^o** De via triū dierū.
- xv^o** De duodecī exploratoribus terre repromissiois.
- xvi^o** De thuribus chore et dathan.
- xvii^o** De virga aaron.
- xviii^o** De balaam et balach.
- xix^o** De raab meretrice et duob; nūctis.
- xx^o** De dei iudicio de tra repromissiois gētes expulsi s̄t.
- xxi^o** De eo q̄ filij isrl̄ pati cēnt trisiē iordanē et de raab mē.
- xxii^o** De gedcon.
- xxiii^o** De lampson.
- xxiiii^o** De dauid et p̄c̄ suo ysay et golia.
- xxv^o** De absalon.

augustini
 Inapuit omelie sc̄oz heronimi
 de veti testamēto
 abrosii
 De cā q̄dragesimalis ieiunij dñi
 1^o Aug^o

Sicut dicit euāgē-
 lista abstinentia
 dñm q̄dragesima
 dieb; ac noctib;
 i deserto: arbitro
 itaq; causa hanc
 ēē ieiunij: ut q̄
 primus adam i paradiso glo-
 tutus. per itēperacōe; gulae glo-
 riā immortalitatis amiserat: et
 dem immortalitatem secūdu; a-
 dā per abstinentiā recuperaret.
 Et quia mandatū dei transgre-
 diens gustans de itēdicta arbo-
 re p̄c̄m mortis iciderat: nunc
 sc̄dm̄ madatū dñi ieiunias vici-
 iusticie meret. hoc ēē egit salua-
 tor: ut isdem vestigijs quib; ad
 missa fuerat delicta purgent.
 hoc est quia hō manducando de-
 liquit. corrigat abstinentia: ut
 qui epulando mulierē cognouit
 rat. nūc eandē ieiunando despi-
 ciat. Adā enī eūā nō nisi itēper-
 rancia puocāte cognouit. Et
 mansit i illis tēperancia p̄c̄at;
 mansit et ipolluta uirginitas.
 Et q̄dū ieiunarūt ab itēdictis
 epulis: tādū ieiunarūt et ab
 appetendis p̄c̄is. fames enī a-
 mita uirginitatis est: i imita-
 tiue. Satiuitas vero castitatem
 prodit: nutrit illecebras. Agitur
 sicut p̄dixi. hoc agit dñs ut hñs
 p̄iudicis quib; homo obnoxius
 p̄c̄i fuerat liberaret. Percreta
 q̄ i similitudinē ade poia hois pec-
 cata dissoluit. Adam ēē de terra
 uirgine natus est: et xp̄us de ma-
 ria uirgine procreatus. Illius
 mater necdū castitas sassa fue-
 rat: istius maternū secretū

q̄ cōcupiscētia violauit. Adā dei
 manib; e limo plasmatur: xps
 dei spū in utero format. Uterq;
 ego deo oritur p̄re: uterq; uigie
 matre oritur. Uterq; sicut euan-
 gelista lucas dicit. filius dei est:
 sed adam creatura est dei filius.
 xpus uera substantia. Hoc ergo
 agit dñs sicut adā scdñs: ut qd
 prior: hō manducando perdidit:
 rat. hoc alter ieiunādo r̄cipiat:
 ac legē abstinentie i paradiso
 datam. i deserto custodiat. Sine
 bat cū p̄ceptū dei nō hui⁹ loci
 esse: sed mūdi. Non eī i terest di-
 uinitatis mandatū utrū domi-
 aut i agro custodias: cū ubiq;
 sit qui p̄cipit. In deserto itaq;
 saluato: iplet mandatū dei: ut
 ibi adam seruariet errantē: ubi
 fuerat de paradisi possessione
 proiectus. Adam eī expulsus de
 paradiso. i culti mūdi deserta
 sustinuit. In deserto ergo primū
 hōi salus refundit⁹: ubi desunt
 epule. ubi desunt deliciae: ubi de-
 est mulier q̄ est fomes oīm malo-
 rū. Doterat eī adā inter illas de-
 licias paradisi i concussus stare:
 si eua ibidem cū dyaboliā ille-
 cebris nō fuisset. Conuenies er-
 go est desertū saluti: ubi nō est
 eua. que psuadeat. ubi nō ē mu-
 lier q̄ blandiat. Videte rem mū-
 ram: i paradiso cū adam dyabo-
 lus dertauit: i deserto cū xpo
 fidatur hōi. ubiq; conyreditur:
 sed ubi mulierē nō inuenit. Vic-
 tus abscedit. Formā ergo dedit
 nobis deus in hoc facto. ut ieiū-
 nioꝝ tempore tāq; in deserto ha-

bitantes abstineam⁹ ab epulaz
 voluptate: mulier nec cōiugat⁹
 nobis eua: ne nos a castitate
 illecebrosa psuasioe subuertat.
 In deserto quodāmodo uidetur
 habitare. qui q̄dragesime tpe
 ieiunus et castus est. Deserto
 plane quodā ipō corpis xpiani:
 nō ipletur abis. nō irrigat⁹ po-
 culus. Itē desertū in quo est cor-
 pus nēm cū dies qua abstine-
 tia marcescit carnis species co-
 lore negligere dicit⁹: et ob con-
 temptū rerū tota⁹ hōis species
 iculta sordescit. Tunc xpus dñs
 habitat desertū pectoris nostri:
 cū nrām terrā fame ac siti ari-
 dam eē reperit. scdm qd̄ ait p̄-
 pheta dauid. Sicut i terra deser-
 ta et iuuā i aquosa: sic i sancto
 apparui tibi. Aliter eī in sancto
 apparere nō possum⁹ nisi i ter-
 ra corpis nrī fuerit desertū mū-
 danis delictis. iuuā i uiti con-
 cupiscentis: i aquosa libidino-
 sis illecebris. Tunc habitat sal-
 uator hoc desertū corpis nrī:
 cū oēs dyabolicas fractioēs ex-
 uperat in secretū ac securū a to-
 gitacōib; seculi eē suū facit ha-
 bitaculū. ut deinceps nos in-
 tra nosmetipsos uelut i solitu-
 dine constituti. nō nisi celū res-
 piciam⁹ et terrā: hoc ē nō cogi-
 tem⁹ aliud. nisi celestis regni do-
 minū et future resurrectionis
 auctore: p̄stante dño nrō ihū x̄.
De cayn et abel. Sermo b̄ti aug⁹.
Retulit scriptura dina de
 cayn et abel i p̄nti lecti-
 one. ut audiuit dilcō
 v̄ra fr̄es. q̄ abel esset

pastor. cayn autē agricola. Et factū est iquit ut offererēt ambo munera sua ante dñm. Obtulit et abel de primo partu ouiu suarū et pingamibus illarū. Et respexit iquit dñs ad munera abel: ad cayn autē munera nō respexit. Absit hoc credi. sed qā deum latere nil poterat qui prodit mētes et corda singulorū: quia ipse consue iudex est. Respexit ergo ad munera abel deus: q̄ munera sua simplici corde ac pura mente dño offererebat. Deniq̄ qui de fratricidio cogitabat: dicitur ad illū a dño. Nā si recte nō diuidas peccasti. Quiesce. Arguitur cayn a dño: qui corde cogitabat ut facto cōpleret. Sed ita illemente cecatus erat circa odiū fratris: ut nec fraternā pietatē. nec pñciā dei cogitaret. Non illū fratris pietas. nō ipā caritas germanitatis: nō dina correctio a pposito sceleris potuit reuocare. Unde nō ī merito a domino dicitur in euangelio. Si offers munus tuū ad altare et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliqd aduersum te: relinque ibi munus tuum. et vade prius reconciliari fratri tuo: et tūc venies offerre munus tuū. Si ergo volumus munera nra accepta ēē deo reconciliari debem⁹ fratri: ne cayn filis efficiam⁹. In cayn ergo et abel munera oblationū deus ītuebat: sed īterne mētis conscientia considerabat: ut ille placeret ī munere qui placebat ī corde: et ille displiceret ī munere qui

displicebat ī corde. Placuit mun⁹ abel deo: quia puro corde mun⁹ dño offererebat. Displicuit mun⁹ cayn deo: quia ī puro corde te scelerata mun⁹ dño offererebat: quia de fr̄is īteritu cogitabat: et ipā munera iuxta t̄p̄tatione offerentiū grande distantia manifestat. Cayn de fructibus terre munera obtulit: quia terrena erat cogitatio eius. Abel vero de fructibus ouiu munera obtulit: ut īnocentiae suae signū ostenderet. Et nō solū de fructibus ouium munera obtulit abel: sed pingamibus ouiu. ubi pingua melle r̄icordie opa demōstrant. Tunc ergo īnocētie nre mun⁹ acceptū est deo: si operibus misericordie pingamine ouiu adiunct. Nec illud autē otiosum. q̄ abel pastor ouiu erat: p̄figurabat ei exemplū pastoris qui ait ī euangelio. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suā ponit pro ouibus suis. In abel ymago tunc r̄it: ut ī xp̄o veritas manifestaret. Ille pastor de terra: iste pastor de celo. Ille pastor pecudū: hic martirū. Ille pastor ouiu irationaliū: hic rationaliū. Sed aduertam⁹ magis nū misterū. Licet et saluator n̄ dicat⁹ pastor: nūcipat⁹ tamen ovis uel agnus. Deniq̄ nō sine misterio dñice passionis ī p̄n̄ lectioe lectū est: q̄ abel de partu ouiu suarū obtulerit mun⁹ domino deo. Sancti p̄iarthe et p̄phete merito īnocentiae oues et arietes nūcipantur. De ipis enī scriptū legim⁹. Induti sūt arietes ouiu: et conualles habundabūt

fructu. Et iterum. Nos autem ipsi
 tuus; et oves gregis tui. De hoc
 ergo grege sanctorum immaculata
 illa et intacta ovis processit id est
 sancta maria: que nobis contra
 naturam purum illum agnum id est re-
 gem christum genuerunt. Recte autem
 purpureus agnus christus dominus intelli-
 gitur: quia rex non factus sed natus
 est. Ovis rex non statim rex nascitur:
 sed postquam natus fuerit rex efficitur.
 Aut ipse indumentum suscipit regni
 purpureum: aut regiam dignitatem.
 Dominus autem et salvator noster de ipso
 utero uirginali cum regina auctori-
 tate processit: quia rex erat iam
 antequam ex uirgine nasceretur. De
 deo enim pater rex et dei filius natus
 extiterat. Audi hoc ipsum dominum in
 euangelio declarantem. Cum enim
 interrogaret eum pilatus. tu es rex:
 respondes ait. Ad hoc natus sum:
 ad hoc ueni in hunc mundum. Cuius re-
 gis dignitatem etiam magi illi in
 oriente ipso ortu natiuitatis con-
 spicere cognouerunt: dum dicit ad
 iudeos. Ubi est qui natus est rex
 iudeorum? Vidimus enim stellam eius
 in oriente: et uenimus adorare eum.
 Quanto melior fides in abel. qui
 de fructibus ouium suarum munera
 domino optulit: tanto religiosior
 deuotio populi christiani quam sumus
 nos: qui innocentiae et simplici-
 tatis munera domino offerimus. si
 tamen a domino mereamur. Offerimus ex
 ergo de fructu ouium nostrarum munus
 domino: si simpliciter et inoftere
 conspectum dei uiuamus. Offerimus
 et de pinguius ouium munus
 domino ut pingua opa misericordie
 ac pietatis deo exhibeamus. psal-

tante domino nostro ihesu christo: qui uiuit
 et regnat deus Amen. De beato
 patriarcha abraham Sermo tertius
 Odo aus beatus augustinus
 cum diuina lectio legeret:
 audiui in domino beato
 abraham dicente. Egre-
 dere de terra tua et de cognatio-
 ne tua: et de domo patris tui. Omnia
 fratres karissimi que in veteri testame-
 nto scripta sunt: noui testamenti
 typum et ymaginem protulerunt.
 Sic etenim paulus dixit: omnia in fi-
 gura contingebant illis. Scripta
 sunt autem propter nos: in quos fines
 seculorum deuenerunt. Si ergo propter
 nos scripta sunt: quod tunc in abraham
 corporaliter legitur factum. spiri-
 taliter in nobis iudicatur impletum.
 Egredere inquit illi dominus de terra tu-
 a. et de cognatione tua: et de domo
 patris tui. Hec omnia fratres per sacra-
 mentum baptismi in nobis et credimus
 et sentimus impleri. Terra nostra caro
 nostra est. Bene de terra nostra egredi-
 mur: quando carnales consuetudines
 deserentes. christi uestigis inhere-
 mus. Quasi non uidetur tibi felici-
 ter de terra sua. id est de seipso
 egredi: qui de superbo efficitur hu-
 milis. patiens ex iracundo. mis-
 tus ex luxurioso. largus ex cupi-
 do. benignus ex inuido. pallidus
 ex truento: Vere fratres fideliter
 de terra sua egreditur: qui per dei a-
 more taliter commutat. Denique
 etiam in quadam locutione priuata
 ita loqui consueuimus: ut si aliquis
 malus homo subito bona opera re-
 perit exercere. dicimus de illo.
 Exiit iste de se. Et vere bene de
 se exisse dicitur: qui repudiat

placidus.

vicinis iuuibus delectat. Egre-
ditur dñs de terra tua. Terra
nr̄a id est caro nr̄a. ante bap-
tismū terra morientū fuit; p bap-
tismū facta est terra viuentiū.
Ipa est illa terra: de qua psal-
mista cōmemorat dicens. Cre-
do videre bona dñi i terra viuē-
tū. Terra ergo viuētū: id ē uir-
tutū nō viciōr. Tūc enī km̄ ad
terrā quā dñs ostendit cū gau-
dio venim⁹: si prius de terra
nostra id est de carne nr̄a ipso
adiuuante vicia et pcc̄a repelli-
mus. Egre-
ditur dñs de terra tua. Cognatio ista vi-
cia itelliguntur atq; pcc̄a: que no-
bistū quodāmodo ex parte nascū-
tur: et ab infācia malis acti-
bus adducūt ac nutriūt. De
cognatōe ergo nr̄a egredim̄.
qn̄ per gr̄a; baptismi oībus
pcc̄is et vicis vacuam⁹ ita tñ
ut postea tū dei adiutorio qñ-
tū possum⁹ laborem⁹. ut expul-
sis vicis uirtutib; repleamur.
Nā si post baptismū malis mo-
rib; vacare voluerim⁹. et vani
fuerim⁹: timeo ne illud impleat
i nobis qd̄ i euāgelio scriptū ē:
cū imūndus sp̄s exierit ab hoīe
vadit per arida et i aquosa que-
rens requiē et nō inuenit. Post
hec reuersus si inuenit domū
vacuā adducit secū alios sp̄s
nequiores se: et sūt nouissima
illius peiora priorib;. Ita ergo
de cognatōe nr̄a id est de vicis
et peccatis exeam⁹: ut nūq; ad
mala postea uelut canis ad vo-
mitū redire velim⁹. Egre-
ditur dñs de terra tua. Et h̄

fr̄es km̄ sp̄italiter debem⁹ accipere
Pater nr̄ ante gr̄am xpi uel bap-
tismi dyabolus fuit. De ipso dñs
i euāgelio iudeos arguit dicens.
Vos ex patre dyabolo estis: qui
desideria p̄ris v̄ri uolū facere.
Pater ergo hōm̄ dixit dyabolū:
nō ex ipso nascendo. sed ipius ne-
quitia imitando. Nō q; ex ipso po-
tuerit nasci: sed quia cū uoluc-
runt imitari. Nā q; p̄us pater nr̄
dyabolus fuerit: ex persona dei
loquētis ad ecclesiam psalmista
cōmemorat dicens. Audi filia
et uide: et obliuiscere ip̄m tuū
et domū p̄ris tui. Considerate
fr̄es qd̄ dixit. Audi iqt̄ filia.
Qui dixit audi filia: pater v̄ri
q; est. Et cū dicit obliuiscere ip̄m
tuū et domū p̄ris tui: p̄m v̄ri
admonet relinquendū. Inuita-
mur ergo a deo p̄re: ut b̄a et fe-
licia cōmutatōe patre dyabolū
relinquam⁹. Bene dyabolū
patre relinqm⁹: si deo auxiliatōe
calliditates et nequicias illius
uitare semp uel fugere stude-
mus. Hec ergo oīa fr̄es de terra
nr̄a id est conuersatōe v̄ri q; tu
nāli possem⁹ exire et cognatōe
nostra vicia uidelicet et peccata
relinq̄re. et dyabolū patrem
effugere nō nr̄is uirtib; sed xpi
gr̄a donante meruim⁹: et i
deco qñtū possum⁹ cū ipius adiu-
torio laborem⁹. ne ad confortū
uel amicitias dyaboli. uel ad u-
redam⁹: ppter illud qd̄ scriptū
est. iā sanus factus es amplius
noli peccare. ne quid tibi dēre

ruius contingat: sed abrahe fidem
 potius imitando et bona iugit
 opera faciendo. nō solū ad veni
 am. sed etiā ad consortiū ul' ami
 citias dei puenire possim⁹. Sed
 et illud fratres km̄i qd̄ de hac ca
 dem re dñs locutus est ad moy
 sen. cū grandi metu et timore cō
 siderare debem⁹. Sic enī ait. Cū
 tradiderit vobis dñs terrā tha
 nancoz: caueat ne vniq̄m cū ha
 bitatoribz terre illius iugatis a
 mitias. q̄ vobis sint in ruinā.
 Cum enī per graciā baptisimi a
 nobis oīa crimīa uel p̄cā expul
 sa esse credim⁹? si postea cū ipis
 vicis et p̄cāis amicitias ponim⁹.
 dū eis ad cupiditatē uel luxuriā
 cōsentim⁹? sine dubio hec amita
 tia nobis efficit̄ i ruinā: et ide
 o tū dei adiutorio q̄ntū possim⁹
 pro salute aīe laborem⁹? et ina
 gyro cordis nr̄i quē p̄cā uel tri
 mina possederat uirtutes itro
 mittere aīem⁹? ut i nobis im
 pleatur illud qd̄ bt̄us ysaac in
 tipo xpi benedicens filiū suū
 dixit. **Et odor filii mei sicut o
 dor agri pleni cui benedixit dñs:
 qd̄ ipse prestare dignet̄: qui vi
 uit et regnat p̄ oīa sc̄la sc̄loz Am̄.**

**De b̄to abrahā et imolacōe ysaac
 filii eius. Sermo b̄ti augustini.**

Ectionis illius fr̄es
 km̄i i qua bt̄us abra
 ham ysaac filiū suū
 i holocausto legitur
 optulisse: nūc si iubetis expo
 sitionē sc̄dm q̄ eam p̄r̄s nr̄i i
 spirante dño tractauerūt. cari
 tatis vr̄e auribz q̄ntū possimus
 breuiter intimam⁹. **Tolle filium**

tūm quē diligis ysaac: et offer m
 eū in holocaustū sup̄ vnū mon
 tū quē mōstrauero tibi. At ille
 surgens stravit azinā suā: et tu
 lit duos pueros secū. et ysaac fi
 liū suū: et puenit ad locū quē ei
 ostenderat deus die tertio. Abra
 hā enī q̄ ysaac filiū suū optulit.
 typū habuit dei p̄r̄s: ysaac vō
 figurā gessit dñi saluatoris. **Q̄**
 autē ad locū imolacōis die ter
 tio puenitur: mysteriū trinita
 tis ostendit. Nam q̄ dies terti⁹
 i sacramēto uel mysterio accipi
 debeat trinitatis. frequētē i sa
 tris volumibz iuenitur: sicut i
 exodo. viā iquit triū dierū ibi
 m⁹ in deserto: et iterū q̄n ad mō
 tem synai ventū est. dictū est
 pplō. Sanctificamī et estote pa
 rati i die tertia. Et iosue transi
 turus iordanē ut i die tertia po
 pulus paratus esset amonuit:
 et dñs n̄r die tertia resurrexit.
**Hoc ideo dixim⁹: q̄a bt̄us abra
 ham die tertia venit ad locum
 quē ostenderat ei dñs. Duo pu
 eri quos cū asina remanē iussit.
 typū habuerūt ppli iudeoz: q̄
 pro eo qd̄ in xpo nō erāt creditu
 ri. ideo ad locū ubi imolandus
 erat accedere uel venire nō po
 terant. Asina illa significauit
 synagogā. Ariēs vero ille qui
 inter spinas cornibz tenebat:
 et ipse typū dñi habuisse videt̄.
**Nā et xps quasi cornibz inter
 spinas herebat: q̄n ad crucis
 cornua clauorū confixiōe pen
 debat. Quod vero ysaac ipse si
 bi ad imolandū ligna detulit.
 et i hoc cristū figurauit: quā****

ad locū passionis crucē suā ipse
portauit: de quo misterio multo
ante dictū fuerat per prophetam.
Et erit iquit p̄ncipatus eius su-
per humerū eius. **T**ūc eī xp̄s p̄nci-
patū sup humeros habuit: q̄n
crucē suā admirabili hūilitate
portauit. **N**ō incongrue trux xp̄i
p̄ncipatū significat. **N**ā et per
ipsam dyabolus vincat: et totū
mūndus ad xp̄i noticiā ul grām
reuocat. **D**eniq; sic et apostolus
dixit: tū de passione dñi loq̄ret.
Factus est iquit obediens usq; ad
mortē. mortē autē crucis: p̄pter
qd exaltauit illū deus: et dona-
uit illi nomē qd est sup omne no-
men. **H**oc ideo dicim⁹ fratres
ut cognosceret caritas v̄ia q̄ p̄nci-
patus xp̄i de quo scriptū est:
et erit p̄ncipatus sup hume-
ros eius: nō sit alicui⁹ nisi xp̄i.
Et ideo lectio illa ī pascha legit.
q̄n verus ysaac cui⁹ t̄p̄pū gere-
bat filius abrahe pro ḡne hūa-
no ī patibulo crucis affigitur.
Legitur ī ipsa lectioe q̄ quando
b̄tus abrahā tū filio suo vide-
rit longe locū: dixerit ad pueros
suos. **S**edete hic tū asina. **N**ūqd
asina ulla sedere poterat h̄m̄?
Sed ideo dicit: sedete hic tū asi-
na: quia iudeorū p̄plus qui in
xp̄o crediturus nō erat stare nō
poterat: sed ut debilis et uelut
p̄tor languidus qui baculum
crucis despexerat ī terrā casur⁹
erat. **D**ixit ergo b̄tus abrahā.
Sedete hic tū asina. **E**go et pu-
er p̄ficiāsem: et tū adorauerim⁹
reuertemur ad vos. **Q**uid ē qd
dicitis beate abrahā? **A**d imo

landū filiū vadis? et dicitis q̄ tū
filio reuerteris? **S**i eī cū om̄nibus
ī holocaustū: v̄tq; t̄tū redire nō
poterit. **P**otuit respondē beatus
abrahā. **V**erū dico: et offeros
liū: et tū filio reuertar ad vos.
Tanta est eī fides mea: ut credi
q̄ ille qui michi eū de matre ste-
rili dignatus est dare. cū etiam
possit mortuū suscitare: et ideo
verū dico quia tū adorauerim⁹
reuertemur ad vos. **Q**u autem
aries occisus est et ysaac nō occi-
sus: ideo factū est. quia ysaac
figura et nō veritas erat. **I**n ip̄o
enī designatū est: qd postea ī xp̄o
cōpletū est. **V**idete dñm magna
cū hōibus pietate certantē. **A**bra-
hā mortale filū nō mortuum
optulit deo: et deus immortalē
filū pro hōibus tradidit morti.
Potest tñ de beato ysaac et de a-
riete illo etiā sic intelligi: ut ī
b̄to ysaac significata sit diuinitas
ī ariete hūanitas. **E**t quia in
passione dñi nō diuinitas sed
hūanitas crucifixa credit: ideo
nō ysaac sed aries imolatur.
Audite et aliud sacramētū. **S**cs
iheronim⁹ presbiter scripsit ab
antiquis et seniorib; iudeorū se
certissime cognouisse: q̄ ibi obla-
tus est ysaac ubi postea cruci-
fixus est dñs xp̄us. **D**eniq; ab
eo loco v̄nde beatus abrahā
visus est p̄ficiāsi: t̄tia die venit
ad locum ubi crucifixus ē xp̄us.
Hec enī scdm q̄ potuimus de diu-
nis scripturarū voluminibus pro-
ciarū nostrarū p̄fectu collegi-
mus: et caritatis contemplatioe
suggessim⁹. **V**os autē auxiliare

dño dū frequētius sc̄pturas dinas
legitis. credo q̄ etiā meliōrē expo-
sitiōnē iuenire possitis. p̄stante
dño n̄ro ih̄u xp̄o: qui viuit et reg-
nat per oīa sc̄la sc̄lōz Amen.

De ysaac et cōuictōe sc̄e reber-
te Sermo q̄ntus b̄n̄i augustini.

Ysaac iquit scriptura crescebat a
braham respiciente nō ad ea que
vident̄: sed ad ea q̄ nō videntur.
Nō eī gaudebat de presentibz a-
braham: neqz de diuitiis mūdi
et actibz seculi. Sed vis audire a-
braham vnde gaudebat. Audi
dñm ad iudeos dicentē. Abrahā
patr̄ v̄r̄ iquit desiderauit ut vi-
deret diem meū: et vidit et gau-
sus est. Per hoc ergo crescebat
ysaac: per qd̄ abrahā illa visio
quā videbat xp̄iqz dies et spes
que ī ip̄o est gaudia cumulabat
Atqz vtinā effiterem̄ etiā vos y-
saac et essetis gaudiū matris v̄r̄
eccl̄ie. Sed vereor ne adhuc in-
tristitia et gemitū filios pariat.
An nō est ei tristitia aut gemitus?
nū vos non conuenitis ad audi-
endū dei verbū. et vix diebz festis
ad eccl̄iā proceditis? et hoc nō
tam desiderio verbi dei q̄ studio
solepnitatis. et publice quodam
modo remissionis obtentu. Ad
igitur ego faciam? au dispensa-
tio uerbi credita est. Quia licet
tutus seruus sim. accepi tñ a
deo distribuendā familie dñice
tricti mensurā. Quid ergo faci-
am vobis? uel qñ v̄m̄ tempus
iueniā? Plurimū ex hoc. p̄mo
pene totū mūdānis occupatō-
bus in foro tempus ipenditis.
Aliud ī negotiatioe cōsumitis:

aliud ī agro: aliud in litibus.
Non vacat ad audiendū verbū
dei. Nemo aut pauci admodū
vacant. Sed quid vos de occupa-
tionibz culpo? quid de absenti-
bus conquezo? Presentes etiā
et ī eccl̄ia positi nō estis itēti?
sed cōmunes ex vsu fabulas tex-
tis; et uerbis dei uel lectionibz
diuiniis terga cōuertitis. Vere-
or ne et vobis dicat̄ a dño illud
qd̄ per p̄phetā dictū est: cōuer-
terit̄ ad me dorsa sua. et nō fa-
cies suas. Quid ergo faciā cui
ministeriū uerbi creditū est?
Que leguntur mystica sunt: in
allegoriis exponenda sūt sac-
mentis. Possum ne surdis au-
ribz et auersis īgere margar-
itas uerbi dei? Nō egit ista a-
postolus: vide enī quid dicat.
Qui legē inquit legistis. legē
nō audistis. Abrahā eī duos
filios habuit et cetera: quibus
addidit. q̄ sunt allegorie. Nūqd̄
sacramēta legis eis aperuit q̄
neqz itelligūt? sed legentibz di-
cebat. legem nō audistis. Quō
ergo potero mysteria legis et al-
legorias quibz ab aplis docti
sum? aperire et prodere h̄is. q̄
bus et audicio et lectio legis in-
cognita est? Aspero vobis for-
tasse video: sed nō possū leni-
re parietē lapsantē: timeo enī
illud qd̄ scriptū est. Plus meus
qui beatificat vos. ipsi seduāt
vos: et semitā pedū v̄roz contur-
bāt. Tāqz filios meos carissimos
moneo. Quoz si nō diu vobis ī-
tonuit via xp̄i? si nec hoc quidē
audistis. q̄ nō est lata et spacio-

sa: sed arcta et angusta via que
ducit ad vitam. Et vos ergo intra-
te per angustam portam: et relin-
te pereuntibus latitudinem. **N**ox
precessit dies autem appropinqua-
uit iquit apulus: ut filii lucas am-
bulate. **T**empus breue est: sup-
est ut et qui habent tanquam non habentes
sint: et qui videntur hoc mun-
do tanquam non vident. **S**ine intermissi-
one orandum ipse apulus precepit.
Vos qui ad orationem non conueni-
tis: quod completis sine intermissi-
one. quod semper omittitis. **S**ed
christus precepit: uigilate et orate
ne intretis in temptationem. **E**t si
illi uigilantes et orantes semper
uero dei adherentes. temptati-
onem nequam fugerunt: quod facient
huiusmodi diebus tantis solemnibus ad ec-
clesiam conueniunt. **S**i iustus uix
saluus fit. peccator et impius ubi pa-
rebunt. **D**iget meditare aliquid
ex his que lecta sunt. **N**am et a-
postolus dicit. de huiusmodi
sermonibus quia interprobabiles
sunt ad dicendum: quoniam vos iquit
inbealles estis facti ad audien-
dum. **V**ideam tamen hoc quod uobis
recitatum est. **R**ebecca iquit scrip-
tura ueniebat cum filiabus ciuita-
tis haurire aquam de puteo. **R**e-
becca ergo cotidie ueniebat ad
puteos: idcirco inueniri potuit
a puero abrahe. et sociari in ma-
trimonio ysaac. **H**ec fabulas
putas esse o auditor meus: sed
historias narrare in scripturis
sanctis auarum est ista eruditio
et spiritalis doctrina que te do-
cet cotidie uenire ad puteos
scripturatum. ad aquas spiritus

sancti et haurire: ac plenum uas
domi reportare. **S**ic faciebat et
sancta rebecca. que non aliter uigila-
potuisset tanto patriarche ysaac.
qui ex premissioe natus est nisi
hauriendo aquas: et in tantum
hauriendo ut non solum portare po-
set eos qui domi sunt: sed et pu-
rum abrahe. **E**t non tantum puerum. sed
quousque habundaret aquis ad
hauriebat de puteis: ut et tanta
los posset ad aquam: usqueque re-
sarent iquit bibentes. **M**ysteria
sunt cuncta que scripta sunt: et
et te christus sibi despondere. **N**on
et loquitur per prophetas dicens. **D**e-
pon sabo te michi. in fide et mihi
et despon sabo eternum ut agnos-
cas dominum. **Q**uia igitur uult te sibi
despondere: premit ad te pue-
rum istum. **P**uer iste sermo propheta
est: que nisi susceperis. nubes
christo non poteris. **S**ato tamen quia non
interitatus et iperitus sermo
ne prophetam suscipit: sed qui puerum
haurire aquam de profundo putei
et qui in tantum sit haurire ut et
am his sufficiat. qui uiracoma
biles et pueri uident: quousque
figuram cameli tenet: et ipse pos-
set dicere quia sapientibus et in-
sipientibus debitor sum. **D**enu-
sic dixerat in corde suo puer iste
Ex his iquit uirginibus que ueni-
unt ad aquam. que cum dixerit bibi-
tu et camelos tuos ad aquam
ipse erit sponsa domini mei. **S**ic er-
go rebecca que interpretatur sapientia
ut uidit puerum. et insperit. **P**ro-
phetam uerbum: ponit de humero
dura. et ad humile ac simplicem
se inclinans prophetam sermonem

at. Bibe tu: et camelos tuos ad
 aquabo. Sed dicit fortasse. Si pu-
 er propheta sermonis tenet figuram:
 quomodo potatur a rebecca: quā
 ipse magis potare debuerit. Vi-
 de ergo ne forte sicut dñs ihesus
 tū ipse sit panis vite. et ipse pas-
 cat aīas esurientes. ipse rursum
 esurire se fatet. tū dicit. esurui
 et dedistis michi manducare:
 et iterū tū ipse sit aqua viua et
 potū det oībus sicientib; rursum
 ipse dicit ad samaritana. da mi
 bibere: sic et propheticus sermo.
 tū ipse potū det sicientib;: michi
 lomun; ipse ab hac potari dicitur.
 tū studioꝝ exercitia. et vi-
 gilantia suscipit. Talis ergo il-
 ta aīa que agit cūcta patient
 que tam prompta ē. et tāta eru-
 dice subnixa. q̄ de profundis scie
 haurire fluentia cōsuevit: ipa
 potest copulari nuptiis xpi. Ni-
 si ergo cotidie uenias ad pute-
 os hauriens aquas: nō solum
 alios potare nō poteris. sed ipse
 quosq; sitim uerbi dei patieris.
 Audi et dñm ī euangelio dicēte
 Qui sitit. ueniat et bibat. Sed
 tu ut video nō esuris nec sitis
 iustitia: et quō poteris dicere.
 sicut ceruus desiderat ad fōtes
 aquarū. ita desiderat aīa mea
 ad te deus. sitiuit ad deū uiuū.
 Obsecro vos qui adiutorio nro
 assistitis patient. audite donec
 ualulū negligētes ac desides
 tōmonem;: qui nō desiderant
 panē vite. nec aquā uiuā: qui
 nō exiunt de castris nec pcedūt
 de domib;: luteis ut colligāt si-
 bi manna: qui nō ueniūt ad pe-

trā ut bibāt de spiritali petra.
 Petra enī est xps ut ait apłus.
 Dicit michi vos qui tñmodo
 festis dieb; ad ecclesiā cōueni-
 tis: ceteri dies nō sunt festi: a
 nō sunt dies dñi. Iudeorū est
 autē dies certos et raros obser-
 uare solepnes: et ideo ad eos
 dicit dñs q̄a neomenias vīas
 et sabbata et diem āniū non
 sustineo: ieiuniū et ferias et di-
 es festos vros odiuit aīa mea.
 Odit ergo deus eos qui vna di-
 e putant festū diem esse dñi xpi.
 an autē omī die carnes agni
 comedūt: id est carnes uerbi dei
 cotidie sumūt. Pascha ēi nrm
 imolat; est xps. Et quia lex pas-
 che talis ē ut uespera comedat;
 apterea ī uespera mūdi passus
 est dñs: ut tu sp mā dutes de car-
 nib; uerbi dei. quia semp ī ves-
 pera es usq; quo ueniat mane:
 ut si ī hac uespera sollicitus fue-
 ris. et ī fletu ac ieiunijs uel in
 omī labore iusticie vitā duxe-
 ris: poteris et tu dicere. ad ves-
 perū demorabit; fletus. ad ma-
 tutinū letitia. Letabeus ēi ma-
 ne id est ī seculo uenturo: si tñ
 in hoc seculo fructū iusticie in
 fletu et labore nō negligas col-
 ligere. Et nos dū tēpus est bi-
 bam; de puteo uisionis: ubi de-
 ambulabat ysaac. et ubi pro-
 cedit ad exercitiū. **De cōceptu
 sancte rebeccę et filijs eius:
 sermo bñ aug; sextus.**

Sermones sanctarū
 scripturarū si eo ordi-
 ne et illo eloquio quo
 a sanctis patrib; ex-

posite sunt. caritatis vire auribus
voluerunt? Itinare? non nisi ad
paucos scolasticos tibus doc-
trine poterit puenire: reliqua
vero populi multitudo ieiuna re-
manebit. Et ideo humiliter rogo
ut contente sint erudite aures
rustica uerba equanimiter sus-
tinere: dummodo totus grex domini
simpliciter et ut ita dixerim pedes-
tri sermone poculum spirituale pos-
sit accipere. Et quia imperiti et si-
mplices scolasticorum altitudinem
non possunt ascendere: eruditi se dig-
nentur ad eorum ignorantiam inclina-
re. Quod a simplicibus dictum fuerit
scolastica intelligere possunt: quod autem
ab eruditis fuerit predicatum sim-
plices capere non valent. Dicitur
nobis de beato ysaac et sancta
rebecca et puulis qui in eius utero
collidebantur lectio recitata
est. Quod autem beatus ysaac ty-
pam habuerit domini saluatoris: pe-
ne nulli habetur incognitum. Ysaac
ergo christum dominum: beata autem re-
becca ecclesiam figurauit. Que-
cum multo tempore ad exemplum
ipsius ecclesie sterilis permaneret:
beato ysaac orante et domino dona-
te concepit. Sed collidebantur par-
uuli in utero eius: quorum moles-
tiam non sustinens dixit. Si sic mihi
futurum erat? quid necesse fu-
it concipere? Et illi dominus. Due-
gentes in utero tuo sunt: et duo-
o populi de utero tuo diuidentur?
populusque populum superabit: et
maior seruiet minori. Hec enim
frater karissime sicut dicit apostolus in fi-
gura contingebat illis: scripta
sunt autem propter nos. Con-

cepit ergo corporaliter de beato
ysaac rebecca: quia contentum
erat spiritualiter de christo ecclesia:
sed sicut duo puuli in utero eccle-
sie collidebantur: sic et in utero eccle-
sie duo sibi populi iugiter adue-
ntur. Si enim autem soli mali aut so-
li boni esset: vnus populus esset.
Quia vero in ecclesia et boni iu-
niuntur: quod peius est et mali: tan-
quam in ventre spiritualis rebecca duo
populi colliduntur: humiles scilicet
ac superbi. casti et adulteri. ma-
sueti et iracundi. benigni et in-
di. misericordes et cupidi. Boni
enim lucrari volunt malos: mali
vero extinguere cupiunt bonos. Bo-
norum desiderium est: ut qui mali
sunt corrigantur: malos vero ut qui
boni sunt consumantur. Vnus est
genus piorum: aliud impiorum. Ge-
nus piorum ad celum erigitur per
humilitatem: genus impiorum ad
fernum demergitur. per elationem.
Omnes qui in ecclesia catholica
terrena sapiunt. terram diligunt et ter-
ram cupiscunt. et omnem spem pertinet
ra constituunt: ad esau pertinent.
Quicumque ideo seruire optat. ut
honoribus crescat et lucra terre-
na percipiat: et ipse ad esau id
est ad terrenam felicitatem pertinet
cognoscitur. In esau enim carnales
intelliguntur: in iacob spirituales vo-
lunt. Ipsi enim sunt duo populi sicut beatus
apostolus euidenter assignat. et spiri-
tales insinuat. Sic enim ait. Ma-
nifesta autem sunt opera car-
nis: que sunt fornicatio. inun-
dicia luxuria. ydolorum seruitus.
beneficia. inimitia. contentio.

emulaciones. ire. rix. dissenciones
 sette iudie. homicidia. ebructa-
 tes. comessaciones et cetera. **E**cce o-
 pera pertanencia ad esau. **Q**ui at
 fructus qui ptineat ad iacob: i-
 dem aplis in consequentibus adu-
 git dicens. **F**ructus autē spūs
 est caritas gaudium pax longa-
 nimitas. bonitas benignitas.
 fides modestia cōtinencia castitas.
Ecce spiritalia opa ad bñm iacob.
 id est piorū pplm ptinencia. **Q**uāt
 autem dictum est. **p**lūs pplm
 superabit. et maior seruiet mi-
 nori: scdm lram in esau ul' iacob
 nō videm⁹ impletū. **N**ō ei corpali-
 ter bñd iacob esau seruisse scrip-
 tura cōmemorat. **Q**uō ergo hoc
 oporteat intelligi. aut qualiter
 maior plūs minor seruiat. **S**pi-
 ritualiter debem⁹ iquirere. **N**isi
 ei fieret: nō hoc sancta scriptura
 cōmemoraret. **Q**uō ergo plūs
 maior seruiat minori: hoc qui
 diligenter attendit i xpianus ul'
 i iudeis agnoscat. **M**aior ei et se-
 nior populus iudeorū minor id
 est populo xpiano seruire pbat⁹:
 dū per totū mūdū libros diui-
 ne legis ad istructionē oīm por-
 tare cognoscat. **I**deo ei per oēm
 terrā iudei sunt dispersi: ut tū
 aliquē paganū ad fidem xpī vo-
 luerim⁹ iuitare. et ab oibus p-
 phetis ipm xpīm ānūciatū es-
 se testamur. et ille resistēs dice-
 rit. a nobis potius q̄ a spū scō
 libros diuine legis esse cōscrip-
 tos: nos habem⁹ vnde eū redar-
 guere cetera ratione possim⁹. di-
 centes ei. **S**i de meis libris tibi
 dubitatio nascatur: ecce iudeorū

libros vtiq; iūmitorū nrōz. q̄s
 certū est q̄ ego cōscribere uel iūu-
 tare nō potui. ipos relegere: et tū
 i ipis hoc iūcneris qd et i meis.
 noli esse iaredulus sed fidelis.
Hoc ordine maior plūs mino-
 ri seruire cognosatur: cū etiam
 per illorū libros ad credendū i
 xpo gentiū plūs iūitat⁹. **S**ed
 et alio modo plūs maior seruit
 minori. **Q**uō iquis ordie? **I**n il-
 lo vtiq; quo mali seruiūt bonus:
 nō vtiq; obsequēdo. sed psequēdo.
Quō mali seruiūt bonus? **Q**uō
 psecutores martirib⁹: quō lime
 uel malleti auro: quomō mole ser-
 uiūt tritico: quō panib⁹ coquen-
 dis furnalia: ut illi coquātur. il-
 la cōsumātur. **Q**uō inq; mali ser-
 uiūt bonus? **Q**uō i fornace auri-
 ficis palea seruit auro: ubi sine
 dubio palea cōsumit⁹: aurū pro-
 batur. **N**ō ergo gloriētur mali-
 nec sese extollant. qm̄ bonis ali-
 quas tribulaciones iūserūt: q̄a
 cū illos psequūtur i corpore.
 se occidere pbantur i corde: ut ad
 virū bonū pueiat hōis mali per-
 uersitas. **Q**ui ergo malo aūo vi-
 rū bonū iracūdie furore succen-
 sus conat⁹ intendere: utrū ille
 possit exuri adhuc dubiū ē. q̄at
 iste iā ardeat dubiū nō est: qui
 a forte vir ille bonus spūali suc-
 co et sancti spūs refrigerio plen⁹
 apposito psecutoris igne nō ardet:
 ille vero qui eū conat⁹ exurere
 sine dubio p̄t ardere. **D**e vno er-
 go semine p̄saac esau nascatur
 et iacob: sicut de vno baptismo
 dñi saluatoris et de vno ecclesie
 vtreo procreatur plūs xpianus.

Qui tñ pro morū diuersitate si-
cut esau et iacob ī duas partes
diuidūtur ex fructibz operū: v-
nā pars agnoscat carnalis: ali-
a spiritualis. Ideo autē dixit
maior seruiet minori: qā semp
maior est numerus malorū q̄
bonorū. Et sicut illi duo popu-
li ī vtero rebece. ita et isti duo
populi ī ventre sancte ecclesie
usq; in diem iudicii collidūtur:
dū ut supra dixim⁹ hūilibus
aduersant supbi: dū castos
adulteri psequūtur: dū quo-
rū infinitus est numer⁹ ebr-
osi sobrios insectātur: dū be-
nignos iūdi emulātur: dū
elemosinarios raptores. dū
pacificos extinguere cupiūt
uacundi: dū eos qui celestia
sapiūt ad terrā retrahē luxu-
riosi conātur. Unde ergo fr̄es
kn̄i quicūq; se in hīs malis
sencūt obnoxios. dū tēpus
est cū dei adiutorio studeant
transferrī ad dexterā: et relic-
tis vicioz sordibz: ad uirtutū
ornamēta reducere festinēt: ut
ī die iudicii ab auditu malo li-
berati. illā vocē desiderabilem
mereātur audire: euge serue bo-
ne et fidelis itra ī gaudiū dñi
tui. Attencius tñ rogo et amo-
neo fr̄es. ut ad vigilias matu-
rui surgere studeatis: ad ter-
tiā ad sextā ad nonā fideliter
ueniatis: castitatē ante omnia
tota quadragesima et usq; ad
finē pasche etiā cū vxoribz cus-
todite. Quod pransuri estis:
pauperibz erogate. Patē et ip̄i
habete: et quos discordes agno-

ueritis ad cōcordiā reuocare. De
regrinos excipite: nec vos pige-
at eorū pedes abluere. Nō crui-
bestat exercere xpianus: qd̄ ipse
re dignatus est xp̄us. Cum bo-
na volūtate scdm̄ vires vras
pauperibz elemosinas erogate.
hylarē enī datore diligit deus.
Impedimēta mūdi si ad itegri-
nō potestis abscondē. uel ex par-
te aliqua tēperate: ut lectio-
ne possitis iustitē. ut ī sancto
receptorio pectoris vri spiritualē
vinū id est dei uerbū habūdā
reponētes: et repudiatis oibz
crimibz atq; peccatis cū libera
consciētia solepnitas paschalis
aduenerit. caritatē nō solū cū
bonus. sed etiā cū malis fide-
retinētes. mūdo corde et casto
corpore ad altare dñi cū gra-
dio exultaciōis possitis accē-
dere. et corpus et sanguinē eius vri
quisq; vrm̄ nō ad iudiciū. sed
ad remediū aīe sue mereatur
accipere: prestante eodē dño
nro ih̄u xpo qui uiuit et regnat.
De iacob et ioseph p̄iāntis
Sermo vii⁹ bñi augustini.
Quocies vobis fratres
kn̄i lecti oēs de veteri
testā rēntur: nō fatis
nō hoc solū debetis
attendere qd̄ sonat ī uerbo. sed
qd̄ itelligitur et sapit sp̄i: sicut
et ap̄tus nos amonet dices. Sic
terā ei occidit: sp̄us autē uiu-
ficat. Hec ei oīa que ī veteri tes-
tamēto legūtur. sicut dicit ap̄tus
tolus ī figura cōtingebāt illis.
Scripta sunt autē propter nos.
Cum enī populus xpianus si-

delitez ad ecclesiam venit. quid ei
 prodest qualiter sancti patriarche
 aut uxores acceperunt aut filios pro-
 creauerunt: nisi quare hec facta
 sint. aut quid res ipse figurave-
 rint. spirituali sensu perspexerit?
Ecce audiuimus quod beatus iacob ge-
 nuerit filium et vocauit nomen
 eius ioseph: et eum plus quam reliquos
 filios dilexit. **H**oc loco beatus
 iacob figuram habuit dei patris: scilicet
 quos ioseph typum gessit domini sal-
 uatoris. **D**iligebat iacob filium:
 quia deus pater diligit unigeni-
 tum suum. **J**acob misit filium suum
 ut de fratribus sollicitudinem gere-
 ret: et deus pater misit unigeni-
 tum suum. ut genus humanum peccatis
 languidum uisitaret. **J**oseph dum
 fratres suos quereret errabat in he-
 reno: et christus genus humanum re-
 querebat. quod errabat in mundo. **Q**uo-
 dammodo quasi et ipse errabat: qui
 errantes querebat. **J**oseph cum fratre
 suo querebat in sithimus. **S**ithima in
 ter dicitur humeris. **S**emp enim pro-
 res dorsum magis quam faciem ponunt
 in faciem uisum: humerum retro
 sunt. **S**icut cum frater ioseph iu-
 dia percussit. fraternae dilectioni dor-
 sum magis quam faciem offerebat:
 ita et israelites iudei uenienti ad
 eos salutis auctori inuidere pot-
 uerunt quam diligere maluerunt. **D**e ta-
 libus dicitur in psalmo. **O**bscurum
 oculi eorum ne uideant: et dorsum
 eorum semper incurua. **I**nuent ergo
 ioseph fratres suos in dothaim. **D**e-
 dothaim interpretatur defectio. **D**e-
 re magna defectio erat: qui de fra-
 tria cogitabant. **V**identes er-
 go ioseph fratres sui. de morte il-

lius cogitauerunt: sic uidentes
 iudei uerum dominum ihesum christum ut
 eum crucifigeret una omnes statu-
 erunt. **J**oseph expoliauerunt
 fratres sui tunica polimita et
 talari: et iudei christum pro mortem
 crucis expoliauerunt tunica cor-
 porali. **J**oseph exutus tunica
 mittitur in cisternam id est in lacum:
 et christus expoliatus carne huma-
 na. descendit in infernum. **J**oseph
 postea quam de cisterna leuatur in
 mahelitis id est gentibus uendi-
 tur: et christus postea quam de infer-
 no regreditur. ab omnibus gentibus
 fidei commercio comparatur. **J**oseph
 per consilium iude triginta argen-
 teis distrahitur: et christus per consili-
 um iude scariothis eodem numero
 uenudatus est. **Q**uod autem in diuersis
 translationibus non equali pre-
 tio ioseph scribitur uenudatus.
 sed alii dixerunt viginti argente-
 is alii triginta: hoc spiritualiter
 significauit. quod christus non equa-
 liter ab omnibus credendus esset
 nec diligendus. **D**enuque etiam
 nunc in ecclesia alii eum plus dili-
 gunt: alii minus. **I**psi enim plus ua-
 let christus: qui eum maiori carita-
 te dilexerunt. **J**oseph descendit
 in egyptum: et christus in mundum. **J**oseph
 a penuria frumenti saluat e-
 gyptum: et christus a fame uerbi dei
 liberat mundum. **N**isi enim ioseph
 fratres sui uendidissent: defe-
 cerat egyptus. **V**erum est fratres.
Nisi christum iudei crucifixeret: pe-
 rierat mundus. **V**ideamus tamen
 fratres hominum: unde in beato io-
 seph fratres sui tam crudeliter
 seuerunt. **U**nde nisi per iudicium

venenū: per qđ mors itrauit
ī uniuersū orbem terrarū. De
nuq; audi scripturā dicentem.
Inuidebāt ei fratres sui: et nō
poterāt ei loqui qđq; pacificū.
Vidit enī bt̄is ioseph sopnū
quasi stantē se ī agro cū fratri
bus suis. et manipulū alligā
tem: fratruq; manipulos ado
rare manipulū suū. Hoc ī illo
ioseph tūc īpletū est: qñ cū ad
oraucūt fratres sui. Et nō īco
grue coacti sunt steriles manu
puli fruttuosū manipulū ad
orare: per qđ de famis periculo
liberandi erāt. Vidit etiā aliud
sopnū: qđ sol et luna et vndecā
stelle adoraret eū. Cui respōdit
pater suus. Nūquid ego et mā
ter tua et fratres tui adorabi
mus te sup̄ terrā. Hoc ī illo io
seph īpleri nō potuit: ī nr̄o at
ioseph id est ī dño ihesu xp̄o. sop
nū illius sacramēta cōpleta sūt.
Sol ei et luna et vndecā stelle eū
adorauerūt: qñ post resurrecti
onē. sancta maria quasi luna.
et beatus ioseph uelud sol cum
vndecā stellis. id est bt̄is apl̄is
īcuruati et prostriati sūt ante e
um: et īpleta est ip̄hecia q̄ dixit
rat. Laudate eū sol et luna: lau
date eū oēs stelle et lumē. Nā
ī tantū ī illo ioseph nō īpleta ē.
sopnū hui? īterpretatō: ut mā
ter ipsius ante multos ānos
legatur fuisse defūta. qđ p̄fa
ta sopnia ille vidisset. Et reue
ra quomō fratrib; ipsius p̄t cō
uenire qđ eū quasi stelle adorāe
possent: quos iudicē nox obsu
ros et tenebrosos effecerat. Jā

eī claritatē stellarū perdidit: qui
in se lumē caritatis extinxe
rant. Merito ergo hoc ī dño nr̄o
ihū xp̄o uerius credim? fuisse cō
pletū: quē sicut antea iam dixi
et bt̄m ioseph et bt̄am mariam
cū vnderim apostolis frequēter
legim? adorasse. Nā qđ apostoli
lumē stellarū habuerunt: ip̄e do
min? ī euāgelio dicit. Vos estis
lux mundi. Et iterū de ip̄is ac lu
is similib; Tūc iusti iquit fulge
būt sicut sol ī regno patris eorū.
Joseph īterpretatur augmentatō
siue amplificatō. Sed ī illo ioseph
amplificatōne nō habuit nisi
sola egyptus: ī nr̄o vero ioseph
augmentū habere vn̄uersū me
ruit mūdus. Ille ioseph erogatus
trititū: noster erogare dignatus
est dei uerbū. In omēm terrā exi
uit sonus eorū: et ī fines orbis
terre uerba eorū. Nos ergo fra
tres qui nullis p̄cedētib; meri
tis tanta bona per misericordi
am ueri ioseph dñi nr̄i ihū xp̄i
consecuti sum? ad quos nō vn̄
bra ueteris testamēti. sed ip̄a ue
ritas uenit: qñtū possum? cū de
ī adiutorio laborem? ut qđ no
bis contulit iudicatus. iterū iud
niat iudicaturus. Qui tibi tan
ta contulit: scit quantū repositurus
est qđ pmisit? s; ieq; sicut? est qđ
redemit: et qđ dedit ī primo ad
uentu. exacturus est ī secundo.
Nemo ergo xp̄o dño nr̄o reddat
mala pro bonis. Quis est qui ī
dinē et reddit amaritudinem?
qui accipit uitam et restituit.

mortem? **Hortē enī restituit:**
 qui seipm male viuendo iterfi-
 cit. **Quis est qui reddit mala p**
bonus? Ille qui cū deberet dare
 proa rapit aliena: pro castitate
 luxuriā. **Quis est qui xpo reddat**
mala pro bonis? Ille qui cū debe-
 ret lectioni insistere. ad ecclesi-
 am currere: eligit potius ad ta-
 bulas ludere. Spectacula uel fu-
 riosa. uel truenta. uel turpia fix-
 quentare. **Et quē oportet pta**
 sua orando. legendo elemosinas
 faciendo cōsumere: studet poti-
 augere et amplius tumulare.
Quis est qui reddat mala p bo-
nis? Qui pro luce tenebras: p
 benignitate maliciā. pro sobri-
 etate ebrietatē. pro elemosinis
ne confutem nōne euidentior
eorū ex ipa cōparatiōe appare-
bit impietas. **N**am si doctrina et
desiastica simplex esset. et nul-
lus extrinsecus hereticorū dog-
matū sermonibz tingeretur.
nō poterat tā clara tam exami-
nata uideri fides nr̄a. **S**ed idē
tō doctrinā catholicā contra-
dicentiū obsedit impugnatō ut
fides nr̄a nō otio torpescat. sed
multis exercitatiōibz elimet.
Prox hoc deniqz et apostolus
dicebat. **O**portet autē et here-
ses esse ut probati quiqz mani-
festi fiant inter uos. **H**oc ē dicit.
Oportet hereticorū thuribulis
altare circūdari. ut certa et ma-
nifesta oibus fiat fidelū atqz
infidelū differentia. **C**ū enī fi-
des ecclesiastica uelut aurū ce-
perit resurgere. et predicatō ei?
ut argentium igne probatū inu-
entibus resplenderit. tūc ma-

iori turpitudine et dedecore here-
ticorū uoces obscuri examentu
litate sordebūt. **H**ec autē dixim?
de thuribulis eorū qui condēna-
ti sunt. que altari iubentur affi-
gi. qz ex cōparatiōe ipiorū iusti-
tiores appareāt. simul ut et
posteris daretur exemplū. ne
quis p̄sumptione superbi spūs
nō sibi a deo datū munus p̄sum-
ficatus iuaderet si ille cōdēnatus
non ambicio hūana. nō fauor
corruptus actuērit. ne munus
oblacō p̄pheta subrogauit. sed
meritorū cōsaencia et uolūtas
dei assūpserit. **Q**uō ergo p̄tulerit
superbi illi leuite. qui dño non
iubente sibi sacerdotiū uēdit
bāt. hoc patuitur quicūqz ad e-
piscopatus. aut ad p̄biteratū
uel dyaconatus officiū. aut mi-
neribus uel adulationibz impu-
denter se cōnatū igere. sic et
illi cōbusti sunt ī corpore. sic et
isti exurūtur ī corde. **P**ost hec
hortatur moyses pontificē mō-
nū. ut offerat iēnsū in castis
et exoret pro populo. iā ei iquit
uastare ignis populos cepit.
spūs uidebat moyses qz gerebat.
Abijt ergo aaron ut offerret iē-
nsū pro p̄lo. et stetit iter vi-
uos et mortuos. et mitigans e-
furoz dñi. **S**i itellexisti historice
ordinē. et oculus ut itam dicitur
cernere potuisti stantē aaron po-
tificem mediū iter uiuos et mor-
tuos. ascende ad uerbi huius celli-
ora fastigia. et uide quo ueris
tifer ih̄s xp̄us assūpto thuribulo
carnis humane. et superposito
igne altari. aīa illa magnificā

sine dubio cum qua natus est in carne
 adiecto et iuncto quod est spiritus in manu
 latus medius iter viuos et mortu-
 os stetit. et morte non promisit ultra
 grassari. sed sicut apostolus dicit. des-
 truxit eum qui habebat mortis impe-
 rium id est dyabolum. ut qui in ipso po-
 tifice credit nequaquam moriatur sed
 viuat eternum. Hoc fuit ergo mis-
 terum quod postea futurum iam tunc ange-
 lus ille qui populum uastabat expauit.
 Agnoscebat enim figuram thuribuli
 et ignis uicini. et qualis offeren-
 da esset deo hostia a vero pontifi-
 ce christo. qui medius mortuorum et
 uiuorum constituendus erat prouide-
 bat. Illos tunc ymago saluauit ad
 nos autem saluandos ueritas ip-
 sa peruenit. Neque enim indumenta
 pontificalia purpura byssoque cotex-
 ta erubuisse angelus ille uasta-
 tor. sed ista que futura erant indu-
 menta domini et saluatoris nostri singu-
 laris et magni pontificalis intellexit.
 ut hinc cessisset. quibus utique diuina
 creatura inferior erat. Puto au-
 tem quod non solum primo aduentu domini
 forma ista completa sit. sed eadem
 fortasse seruabitur et secundo. Veni-
 et enim iterum filius hominis. et cum uene-
 rit sine dubio inueniet quosdam qui-
 dem mortuos quosdam autem uiuen-
 tes. Hoc loco non incongrue mor-
 tuum intelligunt. illi qui numeritate scelerum
 in peccatis suis mortui esse
 probantur: uiuentes autem illi qui in
 operibus uite manserunt. Verum
 tamen utriuslibet modo stabit et
 iam in futuro magnus hic ponti-
 fex. et saluator noster medius ui-
 uorum et mortuorum. Sed et tunc me-
 dius uiuorum et mortuorum stare

dicendus. cum statuet quidem oues
 a dextris suis. hedos autem a sinis-
 tris: et dicit hinc qui a dextris
 eius erunt. Venite benedicti patris
 mei percipite regnum. quod uobis pa-
 ratum est ab origine mundi. Hinc
 autem qui a sinistris erunt dicit.
 Ite operari iniquitatis in ignem
 eternum: que parauit pater me-
 us dyabolo et angelus eius: quoniam
 non noui uos. Et sunt utique mor-
 tuum qui mittuntur in ignem eternum.
 Sunt autem uiui qui mittuntur ad
 regnum. Ad quod regnum nos prius
 dominus perducet pro sua pietate dig-
 netur: qui uiuit et regnat in se-
 cula seculorum amen. **De uirga
 aaron. Sermo xvij. beati au-**



Augustini episcopi.
 Dominus princeps tribus
 populi habet uirgam. non
 enim potest quis regere
 populum nisi habeat uirgam. In
 et paulus apostolus qui princeps
 erat populi. idcirco dicebat. Quid
 uultis in uirga ueniam ad uos an-
 te caritate et spiritu mansuetudinis?
 Omnis ergo princeps tribuum habe-
 at necesse est uirgam suam. sed unus
 solus est sicut scriptura dicit ue-
 rus pontifex ille tuus aaron prefe-
 rat figuram: huius uirga germina-
 uit. Sicut enim uirga aaron germi-
 nauit in populo iudeorum. ita crux christi
 germinauit in populo gentium. Verum
 quoniam ut sepe dictum est. uerus pon-
 tifex christus et ipse solus est. cuius
 uirga crucis non solum germina-
 uit: sed et floruit: et omnium crede-
 tum populorum fructus exhibuit. Omnis
 autem iste est fructus quem attu-
 lit. Amigdalus inquit. Amigda-

la frēs nuces sunt. cui fructus
primo quidē idumcto amarus
est. sequenti munitur ac tegitur:
tertio sumentē pascat. ac nutrit.
Talis est i ecclesia xpi doctrina
legis et pphetarū. Prima littere
facies satis amara est. q̄ de cir-
cūcūsiōne carnis precipit: que
de sacrificiis mandat et ceteris:
que per occidentē litterā desig-
nātur. Hec oīa tūq̄ amaram
nucis corticem prouē. Secundo
i loco ad munita tecta puēies:
i quo uel moralis doctrina. uel
ratio continentie designat: que
necessaria quidem sunt ad custo-
diam corū que seruātur i trīnse-
tus: frangenda tñ qñq̄ et sine
dubio dissoluenda sunt. Et si
uerbi gratia dicam. Abstinen-
tia tiboz et castigatio corpis do-
net sum q̄ i corpore isto corrup-
tibili et passibili sine dubio ne-
cessaria est. Cum autē supuei-
ente morte confractū fuerit et
resolutū. et resurrectionis tēpore
i corruptibile ex corruptibili red-
ditū: atq̄ ex aiāli spūale. non
iā labore afflictiois nec absti-
nencie castigatione: sed qua-
litate sui nulla iā corpori cor-
ruptela dñabitur. Sic ergo nō
durior testa nucis uelud nctia
abstīnencie ratio uidetur: et
postmodū nō querēda. Tercio
autē loco reconditū uelud in
nuce inuenies secretū musteio-
rū sapie et sciencie dei sensum:
quo nutriantur et pasantur
aīe sancte nō solū in pñti vita
sed etiā i futura. Ipse est eī pō-
tificialis fructus de quo pmitti-

tur hīs qui esuriūt et sic i iusti-
tiam: qm̄ ipsi saturabūtur. hoc
igitur modo i oībus scripturis tri-
plex huius sacramenti ratio per-
currit. Sic et sapientia nos amo-
net ut describam q̄ eā tripliciter
nobis i corde ad respondendū i
quit uerbū ueritatis hīs qui p-
posuerint nobis. Nā quia sa-
cramentū sacerdotale est uirga nu-
cis idarco arbitroz etiā iherosoli-
morum qui erat vnus ex sacerdoti-
bus de anathot uidisse uirgam
nucē et pphetasse illa que ser-
uata sunt. uel de uirga nucē. uel
de lebete siue olla succensa: uel
si ostenderet per hęc i uirga nu-
cea esse designatam uitam. et
i lebete uel olla succensa eē mor-
tem. Vita eī et mors ponit an-
te faciem nostrā. Et uita quide-
m xp̄us i sacramento nucis. mors
autem dyabolus i figura lebe-
tis succense. Si ergo peccaueris
porcionē tuā ponis tū olla suc-
censa: si autē iuste egeris: effu-
etur portio tua i uirgam nucē
cū magno pontifice. Sed i cano-
nicis tantoz sponsa descendit di-
citur nucis i ortū: ubi etiā pa-
ritur cū nucibz sacerdotaliū quo-
dāmodo pomozū copiā perfer-
bitur iuenisse. Diligenter atten-
dite fratres. quia vnū. pmissit
dñs futurū in uirga et plura
dedit. Verū est fratres. Consi-
tudinē sue rem fecit dñs. Sem-
per eī maiora tribuit q̄ pmit-
tit. Et erit iquit hō quēcūq̄ ele-
gero uirga eius germinabit.
hoc est solū qd̄ promissit dñs i
uirga eius que elegerit germi-

ner. **U**bi uero ad rem uenitur
 ut qd promissum est ostendatur
 impletum? nō vnū illud qd pmissū
 fuerat effectū dicitur: sed uide
 quanta addantur. **A**ut eī scriptura.
Ecce germinauit uirga aaron de
 domo leui. **H**oc est vnū illud sine
 dubio qd fuerat repromissum.
Sed et adducitur alia et dicitur.
Et produxit frondes et protulit
 flores et germinauit nuces. **C**ū
 ergo de solo germine fuisset rep
 missum: videte quā largiatur de
 us: ut nō solū germen pduxerit
 sed etiā frondes: et nō solū fron
 des sed et flores: et nō solū flo
 res: sed et fructus. **Q**uid igitur
 est qd ex hīs colligi. et cōtempla
 ri possit uideam? **P**rimū oīm re
 surrectionis ex mortuis sacramē
 tū i hīs euidenter agnosim? **U**ir
 ga eī arida germinauit. cū cor
 pus extinctum reperit reuiuif
 cere. **Q**ue sunt autē quatuor il
 la que resurgētī corpori presen
 tiū uidelet ut seminātū
 i corruptione surgat in incorrup
 tionē et seminātū i infirmitate.
 surgat i uirtute: et seminātū i
 ignominia surgat i gloria: et
 seminātū corpus aiāle. surgat
 corpus spirituale. **I**ta sūt quatuor
 que uirga arida corporis nostri
 in resurrectione germinabit. **S**ed
 uideam? ad ea que de uirga dice
 re ceperam? **P**ossim? adhuc sic
 intelligere eorū que i uirga ger
 minauerūt. differentias omnes.
Qui i xpō credit primo moritur:
 et post hoc nascatur. **E**t est etiā
 i hīs figura. q uirga arida post
 modū germinat. **E**rgo pmo ger

men prima hōis est i xpō cōfes
 sio. **S**ecundo frondescit ubi re
 generatus donū gratie et spūs
 dei sanctificationē suscepit.
Inde aufert flores: ubi profici
 poterit et morū suauitate deto
 rari ac fragrantia misericordie et
 benignitatis effundere. **A**d ulti
 mū quoq; affert etiā fructus
 iusticie. quib; nō solū ipse uiuat:
 sed et alijs pbeat uitā. **C**ū autē
 ad perfectum uenerit et protu
 lerit ex se uerbū scientie dei. et
 per doctrinā suā alios lucrife
 terit: hoc est attulisse fructus
 quib; alij nutriantur. **S**ic ergo si
 guli quib; credentiū de uirga a
 aron que xpūs est germinant?
Quorū quatuor iste differentie in
 alijs scripture locis uelut etates
 quatuor designantur: quas io
 hānes apłus in epistola sua dis
 tinctione iusticia cōprehendit.
Aut enī. **S**cripsi uobis pueri. et
 scripsi uobis adolescentes. et
 scripsi uobis iuuenes. et scripsi
 uobis patres. **I**n quib; utiq; nō
 corporales etates: sed spiritua
 liū profectiū differentias poit.
Sic etiā in hoc sacerdotalis uir
 ge germen obseruauim? desig
 nari. **H**abent? hec oīa nō tam i
 uirga aaron q i uirga q exiit de
 radice yesse: et flore x qui de ra
 dice eius ascendit sup que requi
 euit spūs dñi. **I**n quo nec hoc ipm
 uidetur otiosum: q exire dicitur
 uirga et flos ascendere. **Q**uius
 eī vnus sit xpūs uel substantia
 singularis: tñ diuersis efficit?
 prout indiget is qui operatur
Qui ergo segnior est et negligē

tior pro disciplina xp̄us ei efficitur uirga: et i uirga nō ascendere dicitur sed exire. Excundā est nāq; ei qui iustus et iustus ē: de eo statu i quo nō recte consistit. et transcendū ad aliū statū. Tāq; in uirga cōpulsio id est seueritate doctrine rigidioris admonitio. Qui ergo iustus ē q̄a iustus ut palma floret i eo ascendere dicitur xp̄us. Sic ergo qui indiget uerberib; erit ad eū uirga: qui autē proficit ad iusticiam ascendit ei i flore. Ascendit autem quousq; afferat fructus sp̄us. que sunt caritas gaudii pax paciencia et relique uirtutes i xp̄o ihu dño nro: qui uiuit et regnat per oīa omnia secula seculorū amen.

**De balaam et balach Sermo
rom̄i b̄i iheronimi p̄bi**

Quoniam diuina lectio legitur fr̄es km̄i audiui q̄ profecti filii israhel collocauerūt castra ab oriente moab cōtra iherico. Et ut uidit balach filius sephor et reliqua. Oīa que de balaam et asina eius scribuntur scdm̄ historiā plena sunt negotiis: sed iterior intellectus multo negotiosior. et nestio si facile sit uel ipsas tm̄ historicas explanare sententias. De o tñ donante breuiter prout possim q̄ perstringim̄. Bellū tibi iminet o rex balach et filii sephor. Sexenta milia armatorū fines tuos irruūt. Oportebat et te parare arma. exercitū congregare. de constructioe

preli cogitare: ut hoste aduicp̄tū posito armis instructus occideres. Tu uero mittis ad balaam diuinū. et mittis multa munera ac maiora promittis et dicitis. Veni et maledic michi iplm̄ qui exiit de egypto. Sed balaam ut scriptura docet reuoluit hec ad deum: a quo et uenire p̄hibetur. Sed iterū mittit rex legatos. et neglectis armis speciem ponit in balaam. ut uerba et uerba deferat. atq; i iplm̄ iaculetur maledicta pro rebus: si forte uerbis balaam vincatur iplis. que regis exercitus superare nō poterat. Hec autē oīa promissim̄ aduertere. Sūt etiam magorū nōnulle differentie. Alii enī plus. alii min⁹ ualent. Hic balaam famosissim⁹ erat i arte magica: et i carmibus noxnis prepotens. nō ei habebat p̄tatem uel arte uerborū ad benedicendū. sed habebat ad maledicendū: et ideo quasi expertus i talibus i opinione erat oībus qui erant i oriente. Nisi ei experimentis eius plurima p̄cessissent q̄ frequēter maledictis hostem uertisset armatū. nō ueritas p̄supisset rex hoc posse fieri sermonib;: qd̄ ferro et arte uix possit ipleri. Tertius ergo de hoc balach et frequēter expertus. omissis oībus instrumentis et auxiliis bellicis: mittit ad eū legatos dicens. Ecce populus exiit de egypto et cooperuit faciem terre: et hic sedet iuxta me. Sed et āplus aliquid putat qd̄ mouerit regem. Videtur enī

audisse quia filii israel solent
hostes vincere oronibus nō ar-
mus: nec tā ferro q̄ pretibz. Nul-
la ēi israel aduersus pharaone
arma comouit: sed dictū est ei.
Dñs pugnabit pro vobis et vos
tacebitis. Sed nec cōtra amalech
quidem tantū vis armorū q̄ntū
mopsi ualuit oratio. Ut ēi eleuas-
set mopses manus ad deū vince-
batur amalech: remisse uero et
diffoluite vincti faciebāt filios is-
rael. Nec profecto audierat ba-
lach rex moab. Scriptū est ei. Au-
dierūt gentes et irate sunt dolo-
res cōprehenderūt habitātes phi-
listim. Tunc festinauerūt dices
edom et prinapes moabitariū ap-
prehendit tremor. Vides puenis-
se ad eos qd̄ p̄dixit mopses in cā-
tū quando transierat mare ru-
bū. Audierat ergo rex moab q̄
plus hic oracionibz vincit. et pug-
nat aduersus hostes ore nō gladi-
o: et hoc sine dubio apud seinet-
ipsum cogitauit dicens. Qm̄q̄
dem oracionibz ppli huī et p̄abz
nulla possunt arma conferri: i-
deo etiā michi talia requirenda
sunt arma uerborū. et orationes
tales que superare possunt orati-
ones istoz. Ut autem scias tale
quid cogitasse regē? ex scripturē
uerbis intelligite: q̄ ego a migro
quodā. qui ex hebreis credide-
rat didici. Scriptū est ergo. Et
dixit moab ad seniores madian.
Nūc ablinget synagoga hec oīa
que in circuitu nostro sunt. sicut
ablingit uitulus herbam cāpi.
Abibat ergo magister ille qui ex
hebreis crediderat. Cur inquit

tali usus est exemplo dicens. sic
ablingit uitulus herbam cāpi.
Ob hoc sine dubio quia uitulus
ore abrupit campū: et lingua
tāq̄ falce q̄cūq̄ iuenerit secat.
Ita et plus hic quasi uitulus
ore et labijs pugnat: et arma habz
in uerbis et pretibz. Hec igitur
sciens rex mittit ad balaam.
ut et ipse deferat uerba uerbis cō-
traria pretibz et p̄as. Nec mirē-
ris si est ī magica arte tale ali-
quid. Esse enī hanc artē desig-
nat scriptura. sed ut ea prohi-
bet. Nullus ēi sanctorū spiritū
obtemperat mago. Nō potest
iuocare gabriel nec raphael.
multo magis nō potest iuoca-
re magus oīpotentē deū. nec
filium eius ihesum xpm dñm
nrm̄. nec spm̄ sām. Nos soli acti-
pim? p̄tatem iuocandi deū pa-
trem et vnigenitū eius ihesū
xpm. Sed illud est qd̄ dico. quia
qui iā p̄tatem accepit iuocan-
di xpm: nō potest iterū iuocare
demonēs? et qui spūs sancti par-
ticeps factus est: imūdos ultra
spūs active nō potest. Si ēi iuo-
cauerit imūdos spūs: scūs ab
eo refugit spiritus. Igitur bala-
am diuinaculis acceptis ut cō-
suleret et demonēs ad se uenire.
fugatis quidem demonibz vi-
dit adesse deū? et ideo dicit scri-
ptura illū iterrogasse deū: qui
a consuetos sibi nūsq̄ parere
demonēs uidit. Venit ergo ip̄e
ad balaam: nō qd̄ dignus esset
ad quē ueniret deus sed ut fuga-
rentur illi qui ei ad maledicen-
dū. et ad malefaciendū adēc

consueuerat. Jam ei hinc prouidebat deus pro populo suo. Adest ergo deus et dicit ad eum. Ut quid homines isti uenerunt ad te? Et dixit balaam ad deum. Balach filius sephor rex moab misit eos ad me dicens. Ecce populus exiit de egipto et cooperiuit faciem terre: et hic sedet iuxta me. Veni ergo ad me et maledic michi eum: si forte poteram et percutere eum et eicere. Et dixit deus ad balaam. Non eas cum eis: neque maledicaris populum: est enim benedictus. Potest ergo tale obici aliquid. Inuocet licet demones balaam. maledicant populum iuocati demones faciunt quod possunt: nunquid non potest deus defendere a demonibus populum? uimque eorum in malefaciendo destruere? Quid ergo opus erat. ut et ipse ueneret ad balaam. et consuetos demones prohiberet accedere? ne uelut temptarent aut conarentur ledere populum suum. et ideo prouenit deus balaam. atque inuocare demones ad maledicendum prohibet: si tamen a cupiditate cessaret. Sed quia persistit in desiderio pecunie. indulgens deus arbitrium liberatis cursuque permittit. Verbum tamen suum iuravit in os eius prohibes maledictionem fieri per demones ut benedictionibus locum daret. et pro maledictis proferre fecit balaam. benedictiones et prophetias que possent edificare non solum israhel: sed et reliquas gentes. Si enim prophetie eius a moysse sacris inserta sunt uo-

lumibus. quanto magis destruite sunt ab his qui habitabant in mesopotamiam apud quos magicus habebatur balaam: quod quod artis eius constat fuisse discipulos. Ex illo denique fertur magorum genus et institutum in partibus orientis uigere. Qui de scripta habentes omnia que prophetauerat balaam. etiam hoc habuerunt scriptum: quod oriretur stella ex iacob. exurgeret homo de israhel. Hec scripta habebant magi apud semetipsos: et ideo quoniam natus est ihesus agnouerunt stellam et intellexerunt adimpleri prophetiam magis ipsi quam populus israhel: qui sanctorum prophetarum uerba audire contempsit. Illi ergo ex his tamen que balaam scripta reliquerat agnoscetes adesse tempus uenerunt. et requireres eum statim adorauerunt: et ut fide sua magnum esse declararet: paruulum prout quasi regem uenerati sunt. Sed redeam ad propositum. Molestus est deus balaam et extorquet. Prope modum mittit sibi ut eum maledicere filiis israhel et inuocet demones ad quem iam uenerat deus. Asinam ascendit: occurrit ei angelus qui extubabat pro israhel: de quo scriptum est dicente domino ad moysen. Angelus meus ibit tecum. Pergenti ergo ire conceditur in uia conteritur ab asina: sed magis demones uidet. angelum non uidet. Asina tamen uidet. non quod digna ceteris uidere angelum. sicut nec loqui digna erat: sed ut confutaretur balaam: et ut ait quodam loco

scriptura. mutū animal hūana
 voce respōdens argueret pphete
 dementiā. Verū qm̄ de historia
 multa iā dicta sunt: aliqua etiā
 de allegoria pstringam? i fine.
 Si uideas contrariā p̄tate i pug
 nante plm̄ dei itelliges qui sit
 qui sedeat sup asinā. Et si cōside
 res hoīes quō a demonibz p̄cipi
 tantur: itelliges que sit asina.
 Sic enī intelligis i euāgelio ihm̄
 mittentē discipulos suos ad asi
 nā que alligata erat et ad pullulū
 eius. ut discipuli eā soluat et addu
 cant ut ipse sedeat super eā? et for
 te hec asina id est ecclesia prius
 portabat balaam nūc autē xpm̄
 ex quo soluta est a discipulis. et a
 quibz i nexa erat vinculis relaxa
 ta ut filius dei resideret super eā:
 et cū ipsa igredieretur sanctā ciui
 tatem iherusalem celestē. et cōple
 retur scriptura que dicit. Ictare
 filia syon. predica filia iherusa
 lem: ecce rex tuus uenit tibi mi
 tis sedens super subingalē id est
 asinā credentes sine dubio ex iu
 deis dicit: et pullū nouellū eos
 profecto qui sunt ex gentibz cre
 dentes i xpo ihu dño nro: qui cū
 p̄re et spiritu sancto uiuit et reg
 nat i secula seculorū amen.

**De raab meretrice et duobus
 nūons. Sermo xix? bñ aug?**

Etio ista km̄ fratres
 que nobis recitata est.
 nō tā gesta nobis filii
 naue predicat. q̄ dñi
 nostri ihesu xpi sacramēta depi
 git. Iste est enī qui post mortem
 moysi suscepit imperiū. Defū
 tus est igitur moyses: et ipe

uit ihesus. Cessauit lex uetus? et
 regnauit ihesus: sic enī euāgelis
 ta testatur. Lex et pphete usq; ad
 iohannē. Q; autem moyses. p
 lege accipiatur: i euāgelio legi
 mus. Habet inquit moysen et
 pphetas: id est legē et pphetas.
 Et ap̄lius usq; hodie iquit cū le
 gitur moyses: hoc est lex. Cessa
 te ergo lege: ihesus dñs noster sus
 cepit principatū. Et si uidetur
 conferam? gesta moysi. cū prin
 cipatu ihu. Rogo vos fr̄es dili
 genter attendite: quia ipsa sacra
 recitantur: que i nobis impleta
 sunt. Quando moyses eduxit
 plm̄ de terra egypti. nullus or
 do i populo. nulla sacerdotibz
 obseruancia: transeūt aquam
 maris. aquā salisam. nec in se
 aliquid dulcedinis continētē.
 Denuit i heremū. per quadra
 ginta annos nō sine labore po
 pulus exercetur. Nec solū exer
 cetur: sed etiā pro assidua mur
 muratione i illa heremi uasti
 tate cōsumitur: et terrā repro
 missionis intrare senior ille po
 pulus nō meretur. Hoc factum
 est sub moysē: id est sub lege. Cū
 uero ihesus qui saluator ē dñm
 figurabat educat exercitū: at
 tendite que sunt que iā illo tē
 pore adumbrātur de plō xpi
 ano. Sacerdotes p̄cedūt: archa
 testamenti portatur in hume
 ris sacerdotū. Nusq; mare. nus
 q; salisus fluctus occurrit. sed
 ihesu dūce uenitur ad iordanē.
 nō cū aliqua pturbacōe. nō cū
 aliqua uolencia sicut prius i
 mari rubro? nō fugientes neq;

perteriti metu: sed ihu ducit cum
sacerdotibus ingrediuntur iordanem
aquam dulcem et delectabilem?
non cum furioso silencio. sed cum tu-
barum cantibus mysticam quoddam
diuinum carentibus: ut ad predi-
cationem tube celestis populus
ihum sequens per iordanem flumi-
nem quasi per baptismum sacramen-
tum. terram repromissionis id est eter-
ne vite beatitudinem merea-
tur intrare. Dixit ergo ihesus ad
populum. **Preparate vobis vias**
ad viam: et hodie christus dominus si-
cum libenter audias dicit tibi. Si
sequeris me para vobis ad viam.
Tibi enim sunt opera bona que nos
ad futuram beatitudinem velut si-
dele viaticum comitantur. Et ideo
considerate fratres quia si unus-
quisque non sibi parauerit vias
non potest sequi ihum terram re-
promissionis intrantem. Videamus
tamen quos primum in terra repro-
missionis dei populus capit fructus.
Tunc inquit manducauerunt pri-
mum de regione palmarum. Vides
ergo quia si concupiscencias vel vo-
luptates mundi huius relinquimus:
et recte ihesum sequimur prima no-
bis occurrit palma victorie. **Int-**
tit tamen ihesus non exploratores
ad iherico: et hospicio suscipiunt
a meretrice. Sed illa meretrice
quam missos ab ihesu suscepit ex-
ploratores id est apostolos et doc-
tores: propterea suscepit ne ultra
meretrice esset. Meretrice illa fratres
hinc ecclesiam figurabat: que an-
te aduentum ihesu cum multis podo-
lis fornicari consueuerat. Verum
ueniens christus non solum eam a for-

nicatione liberauit: sed cum ignota
miraculo etiam uirginem fecit. **Sic**
enim de ipsa apostolus dicit. Despon-
di vos uni viro uirginem castam
exhibere christo. Sed vni sicut non
trium anima meretrice fuit: donec in-
desideris et cupiditatibus vixit
carnis. Tum vero suscepit explo-
ratores ihesu impletum est in ea illud
quod apostolus dixit: fuitis aliquando
tenebre. nunc autem lux in domino. Quod
autem in solario leuatur hoc signum
fiat quod ecclesia apostolorum doctrinam
non in humilibus sed in altis con-
suevit exapere. Non enim cum iude-
is litteram sequitur occidente. sed
uiuificantem de celis spiritum suscipit
uenientem. Quod autem tunc stipula
exploratores meretrice illa con-
peruit: et hoc christiano populo
uenienter aptatur. In enim hoc in-
strumentum sacerdotale est. De no-
bis enim beatus apostolus petrus dicit.
Vos genus electum regale sacer-
dotum. Sed ubi meretrice illa sus-
cepit nuncios ihesu: statim contra
eam iratus est rex iherico. Verum
est fratres. ubi anima confugeret
perit ad ihesum: statim contra eam i-
rasa et seuire incipit iumentum. At
ubi se anima que vicis seruiebat:
ad culmina uirtutum conuoluit. In
secutione patitur victoriam. Sic et
ipse dominus dixit. Si mundus uos o-
dit: satote quia me priorum uobis
odio habuit. Rex enim iherico
id est dyabolus insequitur explo-
ratores ihesu: sed non potest eos capere
quia per montana conscen-
dunt. Non ambulat per humilia: nec
uallibus id est uoluptatibus delect-
antur: sed montium excelsa se-

tantur. **I**n enim cum psalmista dicit
 possunt. **S**eu aui oculos meos
 ad montes: unde ueniet auxi-
 lium michi. **N**on potest post illos
 princeps huius mundi ascendere.
 qui humilia semper diligit et ca-
 ducta: et eis qui uoluptatibus de-
 lectantur imperare consuevit. **I**n
 his regnat. **I**n talibus sedem suam
 collocat: in quibus et cum quibus et-
 iam ad inferna descendit. **S**i et-
 go sequi volumus ihm et cupimus
 terram repromissionis intrare?
 pugnantibus nobis est contra ad-
 uersarias gentes: sicut extitit
 ipse sub ihesu naue pugnasse
 cognoscimus. **S**ed pugna nostra
 fratres karissimi non extrinsecus sed
 intrinsecus exercenda est. **I**ntus
 in nobis pugnare debemus si uolu-
 mus aduersarios nostros super-
 rare. **N**am cum et caro nostra antequam pec-
 casset adam terra repromissionis
 chananeorum: et quae prius fuit habita-
 tio uirtutum. est spelunca latronum
 expulsi etiam uirtutibus uicia
 regnabant in nobis. **N**unc uero ue-
 niente ihesu domino nostro cum illi adui-
 torio festinemus expellere aduer-
 sarias gentes. **S**i enim uiam non expel-
 lumus: pacem locum dare non
 possumus. **S**iliter superbia ac lux-
 uria nisi de nobis id est de terra
 repromissionis expulerimus: sanc-
 tae uirtutibus locum in nobis praeparare
 non possumus. **S**iliter et reli-
 qua uicia nisi in te metipso deo
 auxiliante uiceris: et ea de ter-
 ra tua que iam per gratiam baptis-
 mi sanctificata est exterminaueris:
 nullo modo plenitudinem

repromissionis accipies. **I**n-
 tra nos etenim sunt agmina uiciorum:
 que animam iugiter et indefinenter
 oppugnant. **I**nter nos sunt spiritu-
 ales populi chananei et iherosolimitani con-
 tra nos cotidie gerunt bellum.
Quid sciens apostolus dicebat. **C**aro
 concupiscit aduersus spiritum: spi-
 ritus autem aduersus carnem. **E**t i-
 deo considerate qualiter nobis
 laborandum est. qualiter uigilan-
 dum: uel quanto tempore in operibus
 bonis perseverandum: ut in omnibus
 istis de nobis uiciorum gentibus
 effugatis terra nostra liberetur
 a bellis. **S**ed ut hoc mereamur im-
 plere in lege domini sicut dixit psal-
 mista. meditemur die ac nocte.
Que utique diuinorum eloquiorum
 meditatio. uelud quedam tuba est:
 animos tuos ad prelium conatans?
 ne forte aduersario uigilante
 tu dormias: et ideo non solum in
 die sed etiam in nocte in lege domini me-
 ditemur. sicut dominus in euangelio
 ait. **V**igilate et orate ut non intre-
 tis in temptationem. **Q**uid fac-
 turi sunt qui non solum tota noc-
 te dormiunt sed tota die aut oc-
 cupationibus seculi. aut furioso
 et autem contrario ludo. aut quibus-
 cumque aliis uoluptatibus uel carna-
 libus desideris vacant: aut uix
 clara luce ad ecclesiam ueniunt.
Aliqui autem etiam ueniunt.
 non ueniunt: quia cum ueniunt non
 uerbo dei sed otiosis fabulis uacant.
Istos tales increpat apostolus
 et uelud celestis tuba admonet
 dicens. **S**urge qui dormis et ex-
 urge a mortuis: et illuminabit
 te christus. **S**urgere ei dicitur

a mortuis illis. qui in operibus mor-
tuis uel in peccatis suis uel in sce-
leribus suis perdurat que licet
hominibus aliquotiens non sunt ma-
nifesta deo tamen sunt cognita.
Nos vero fratres non hoc ideo dici-
mus. quod in uobis tales aliquos cre-
damus. Non tamen impedit quod pater-
na sollicitudine ammonemur.
Atendat tamen unusquisque con-
scientiam suam et si in ipsa aliquis
gentes aduersarias id est uic-
torum duces dominari cognouit.
dum tempus est ad penitentiam me-
dicamentum confugiat. **C**onvertatur
ad deum ex toto corde suo. et
pareat orationibus uerbum dei libe-
ter audiat. et sic peccata uel crimi-
na horreat ut postea ad ipsa non
redeat. **N**am quid prodest si ieiunamur
pro peccata. et iterum com-
mittimus? **Q**uid prodest si bo-
nis operibus abluimur? et in lu-
to luxurie denuo uolutamur?
Nos ergo auxiliante domino totis
uiribus laboremur. ut omnia crimi-
na uel peccata cum principe
dyabolo exterminentur a nobis.
et rex noster pius et misericors
christus cum suis sanctis angelis
et sanctis uirtutibus habitare
dignetur in nobis. **S**ed si volu-
mus ut ad nos ista beatitudo
perueniat non in nobis christus
quod oculos sue maiestatis offen-
dat inueniat. sed castitate niti-
di. patientie margaritis orna-
ti. elemosinis splendidi. uere
caritatis luce uestiti. audire
mereamur dominum dicentem.
Habitabo in illis et ero illorum
deus: quod ipse prestare digne-

tur qui uiuit et regnat in secula seculorum amen. **De dei iudicio de terra re promissionis gentes expulsi sunt. Sermo beati Hieronimi.**
Relationibus que nobis tractate
sunt audiui. quod mortuo moyses
et transito iordane expulsis uel
interfectis chananeis terram
cum filiis israel tradiderit possi-
dendas. Quotiens lectio ista
fratres karissimi de ueteri testamento
recitantur: solent pagani uel
maxime inuidissimi manichei
re sacrilego blasphemare et di-
cere. **Q**ue iusticia dei fuit. ut
filios israel per uolentiam
de terra egypti tollerent? et postea
expulsis chananeorum gentibus
terras eorum eis tradiderit possi-
dendas? **V**ide ne forte simplici-
tatis uel imperitios ista mirum
possum breuiter auxiliante do-
mino sanctitati uestrae demonstra-
re cupio ab antiquis patribus tra-
ditam uerissimam rationem. et ostende-
re quia deus non solum miseri-
coris sed et iustus est: et iudicia
a eius plerumque occulta nunquam
sunt iniusta. **T**radunt maiores
nostri. quod quando filii noe omnem terram
iuuicem inter se diuiserunt: terram
ista que dicitur chananeorum
seniori filio noe id est sem in pos-
sessionem obuenerit. et eam non
uo tempore possederit. **P**ostea
de illo utique filio noe cham qui
a patre fuerat maledictus uolentiam
expulsis patribus su-

is id est filius sem. terram eorum
more barbare possederunt. Et quia
beatus abraham de genere sem
fuisse legitur. filii eius id est populi
israhelites non alienam terram trade-
re domino peruasurunt: sed suam prop-
riam quam per violentiam patris eo-
rum perdididerant receperunt. Et
quia chananei excepto illo pec-
cato quod possessionem alienam inua-
serant multa nequicia et inau-
dita committebant crimina. in tan-
tum ut quando dominus sodomam et gomor-
ran subuerteret dixisse lega-
tur. necdum enim complete sunt ini-
quitates amorreorum: et expec-
tabat dominus ut aut conuerteret
et agerent penitentiam: aut cer-
te si conuerti nollent crimina
triuminum accumulantes. et peccata
diuini iudicium implentes iustis
sententiam dei iustitiam sustinerent.
Quia ergo dupliciter eos reos
inuenit diuina censura. pro eo
quod et terras alienas inuasent.
et postea scelera et crimina inau-
dita commiserant iusto iudicio
puniuntur: et israheliticum populum
antiquorum patrum possessio refor-
matur. Et hec quidem secundum
litteram sicut in libris sanctorum
uenimus. caritati uero rustico
in simplici sermone que toti in-
telligere possint insinuanda ac-
cedere possunt inuidiosis et sacri-
legis manicheis. Quia ergo si-
cut iam dictum est. filii israhel
antiquorum suorum parentum terram
recipiunt: non alienam per iniustitiam
tollunt. Hec quidem secundum
litteram iusto dei iudicio ges-

ta referuntur. Sed quia sicut di-
cit apostolus omnia in figura
contingebant illis: scripta sunt autem
propter nos in quos fines seculorum
deuenerunt: quid etiam ista spua-
liter significant si diligenter sic
deco inspirante consueueritis atten-
ditis: ratione euidentissima cog-
nossetis. Terra re-promissionis
quam totiens deus laudat nos
fuisse? antequam peccaret adam:
quoniam nichil aliud in nobis erat quam
quod misericordia contulerat condito-
ris. Postquam autem in adam omnes
peccauimus? de quo dicit apostolus
omnes in adam moriuntur: et iterum
ex uno omnes in condemnatione
per transgressionem primi ho-
minis terram re-promissionis
chananei ceperant possidere.
Voluntas enim domini possessionem
cordis nostri non uicis sed uirtuti-
bus naturaliter deputauerat:
sed post per uariationem ad in-
ferentibus uicis tanquam populis
chananeis a propria regione
id est ab intellectu uel mente ra-
tionali uirtutes sancte depulse sunt:
et uicia remanserunt. Cum autem
uirtutibus rursum dei gratia pos-
sessio anime nostre fuerit restituta:
non tam alienas occupasse ter-
ras. quam proprias uidebimus recepisse.
Et illud aduertite fratres: quod
specialiter ad donum gratie perti-
nere cognoscitur. Non enim pro bo-
num nature nec legem littere: quia
non per moysen id est per legem
ueteris testamenti: sed per iesum
successorem moysi terra re-promis-
sionis israheliticum populum refor-
matur: sic enim et apostolus ait. Sic

hil iquit perfectū adducit lex.
Nos ergo nō per legis literā
sed per euangelicā grātia.
gentes crudeles et pessimas id ē
originalia peccata actualia ar-
mina de terra repromissionis.
hoc est de xpianoz cordibz nisi
ihesu dūce poterim fugare sic
ipse ī euāgelio dicit. Nemo potest
domū fortis intrare nisi prius
alligauerit fortem. Et iter. Co-
fidite quia ego uici mūdū. Sicut
enī victus adam consensuendo
dyabolo nos de terra repromis-
sionis exclusit: ita contrario
nouus adam id est xps resistē-
do dyabolo nos ad antiquam
patriā reuocauit. Et hoc atten-
dite frēs quia terra repromissi-
onis nō accipitur nisi prius ī
regnante ihesu iordanis fluiu-
us transeat. Ita est fratres qm̄
ad spūalem terram repromissi-
onis id est ad conscienciā purā
nō nisi per sacramentū bap-
tismi peruenitur. Per ipsū ē flu-
uū ihesus israheliticū populū
transire fecit quē postea uerus
ihesus suo baptismo cōsecrauit:
qui uiuit et regnat cū p̄re et
sancto spiritu per oīa sēcula seculorū amen. *De eo q̄ filius isrl̄
parati esset transire iordanem
et q̄ murus iherico clāgoe buāe cōe.*
Sicut frequēter carita-
ti v̄re suggestim frēs
dilectissimi: moyses
nō solū typū xpi. sed
etiā figurā legis intelligitur
habuisse. Deniq̄ ī monte ubi
dñs transfiguratus est. moyses
et helias loquebantur cū eo: et

in illis duobz lex et p̄phetia sig-
nificātur. Chortuo ergo moyses
ihesus totū mundi obtinuit
principatū. Ihesus ergo ille q̄
typū dñi p̄ferebat ueniens ad
iordanē dixit ad pplm̄. Parate
uobis cibos ad diem terrā. Di-
em terrā fratres km̄ trinitas
esse agnosam? misterium. Qm̄
ergo cibos p̄parare debem? ut
ad diē terrā ueniam? Videt
michi q̄ abus iste fides itelligi
debeat. Xpius ē fides est: per
quā in trinitatē credit: et ad sa-
cramentū baptismi peruenit. Qd̄
ergo tūc ihesus ille dixit popu-
lo suo: hoc nūc uerus ih̄s per mi-
nistros suos dicit pplō suo xpia-
no. Quid enī est aliud dicē pa-
rate uobis cibos ad diē terrā?
nisi trinitatis suscipite sacramē-
tū. Post hec iordane transi-
ti baptismi cōpleto misterio: po-
pulus israhel terrā repromissi-
onis ingreditur. Verū est frēs: nisi
qui baptismi sacramentū tran-
sierit: terrā uē repromissionis
eternā b̄titudinē nō uidebit.
An̄tū tamē ih̄s duos exploratores
ad ciuitatem iherico: et
suscipiuntur a meretrice. In h̄is
duobus nullis duo p̄cepta in-
telliguntur gemine dilectionis.
Quia et reuera quid nobis al-
ud ānūnciant illi quos mactat
uerus ihesus? nisi ut diligam?
deū diligam? et proximum? Dic-
it ergo ihesus. Parate uobis ci-
bos: et estote parati in diem ter-
rā. Sicut ēi tūc preparatis cibis
die tertio uenturu erat ad iorda-
nē fluiuū: ita et nūc ī ecclesia

catholica assumptis spūalib; tribis
 fidei spei et caritatis: puenit ad
 trinitatis misterium. et baptismi
 sacramentū. Tulit autē ihesus duo
 decim lapides et posuit ī iordanē:
 et ex ipso iordanē tulit alios du
 odecim. et fixit in loco castrorū. **I**
 li duodecim qui missi sūt ī iorda
 nē. videntur michi typū habu
 isse p̄arthurū: illi vero qui leua
 ti sunt de iordanē figurā habu
 se apostolorū. Post mortē eī moy
 si sepultis patriarchis: apostoli
 surrexerūt. Sic ī psalmo legim⁹.
Pro p̄ribus iquit tuis nati sunt
 tibi filij: constitues eos p̄ncipes
 super oēm terrā. Sic sepultis p̄
 archis: apli surrexerunt. **I**hus
 duos mittit exploratores: quia
 verus ihesus docturus erat. quō
 sepulto seniore p̄lo in deserto: in
 iorū p̄lis ihesu duce ī terrā repro
 missionis inducatur. **N**ā senior
 iunior: vero populus figurā ha
 buit genai. **I**lle p̄lus senior trā
 sito mari rubro sepelitur ī here
 trans: iunior: vero populus ad hoc
 transiit iordanē fluiū. ut accipi
 at regnū. **V**erū est fratres: nemo
 beatitudine regni celestis accipit:
 nisi prius per baptismi sacramē
 ta transierit. **N**am de illo seniore
 populo nō amplius q̄ duo me
 tuerūt terrā repromissionis itra
 re: et in ipsis duob; aliquid fi
 guratū esse cognoscim⁹. **S**icut
 enī ut supra dictū est. duo sunt
 p̄cepta dilectionis que xpianū
 inuitant: ita duo illi fuerunt
 qui iudeorū populo consilium

dabant: q̄ si in deo crederēt felici
 ter terrā repromissionis itra
 ventū est: et muri eius clamo
 re ppli et sono tubarū usq; ad
 fundamentū deiecti sunt. **H**e
 rico fratres km̄i typū habuit
 hui⁹ mundi. **S**icut enī caneb; tubis
 muri illius ceciderūt: i
 ta et nūc oportet ut ciuitas mū
 di id est superbia cū suis turrib;.
 auaritia salic; iudicia atq; lux
 uria. simulq; cū populis suis
 id est oibus concupiscentis ma
 lus assidua sacerdotū p̄dicatōe
 destruatū atq; dispercat. **N**ō
 ergo oportet ut sacerdotes ī ec
 clesia taceant: sed audiat dñm
 dicentē. **C**lama ne cesses: quasi
 tuba exalta uocē tuā: et anūti
 a populo meo scelera corū. **C**la
 mare ergo iubemur. et ueheme
 ter clamare: nec parcere voti.
 ut p̄cam⁹ saluti. **N**ec partas ī
 quit. hoc est p̄toris iūquitatē
 ne tacendo pretereas: et dū ve
 recandie eius consulis. nō cō
 sulas sanitati: ne vlnera eius
 q̄ clamando refectare poteras.
 reticendo ī peius enutrias. **C**la
 mare ergo iubemur: et ne quis
 se nō audisse dicat. aut quēq;
 vox lateat sacerdotis uehemen
 ter clamare. **E**t ne forte hoc nō
 suffereat. addidit dicens. **S**ic
 tuba exalta vocē tuā. **S**atis q̄
 tube sonus nō tam oblectatio
 nis esse soleat q̄ terroris: nec tā
 delectationē preferre. q̄ inferre
 formidīnē. **T**uba itaq; p̄torū
 bus necessaria est: que nō solū
 aures eorum penetret. sed et

corda conuincat. **N**ec delectet
cantu sed castiget auditu: ut
strenuos quosq; hortetur in bo-
nis: et remissos terreat pro de-
lictis. **N**am sicut i p̄lio tuba
formidolosi militis mente dei-
cit. et aum viri fortis accendit:
ita et sacerdotalis tuba mēte
peccatoris humiliat. et mēte
iusti corroborat: et vno eode-
q; sono ista adhortatio quē ad-
modū si fortior fuerit ad vin-
cendū. illi mētū incutit: ita si
tardior fuerit relaxat ad pec-
candū. **H**ec consuetudo tube
est: ut et delinquentū opera
dissipet. et sanctorū facta con-
firmet. **D**eniq; per sacerdo-
tales tubas iherico muri qui in-
tra se continebāt peccatōe p̄liū
corruerūt. **N**on illos pulsauit
aries: nō expugnauit machi-
na: sed qd̄ murū est sacerdotalis
sonus ac tube terror euertit.
Muri qui aduersus ferrū in-
expugnabiles extiterūt: sac-
tubarū voce collisi sūt. **Q**uis
enī non stupeat in illo facto so-
no saxa disrupta. fundamenta
irrationabilū rerū clāgore
esse cassata: et ita vniuersa col-
lapsa. ut cū victores manu nic-
hil lederent. apud aduersari-
os nichil stabile remaneret:
Sed q̄uis muros illos nemo cō-
tingeret: expugnabātur tamē
forinsecus sono iustorū. itrin-
secus peccatorū. **S**ic enī equo
dei iudicio. et iustis aperuerūt
viā et perfidis negauerūt. **S**ed
hec oīa i figura facta esse non
dubiū est. **N**am sacerdotales

illius tēporis tubas quod aliud
prefigurasse credim⁹. q̄ huius
tēporis sacerdotū predicatioes:
que nō cessant terribili sono ad-
teritū iudiciū nūciare. trāsse ge-
henne iteritū predicare. et quo-
dā cōminacōis strepitu aures
delinquentū uerberare. **S**icut
enī lex tūc tubarū clangor del-
tructis cementariorū muris ad
populi iteriora peruenit: ita
nūc sacerdotū predicatio delin-
tis prauis cogitacōib; ad alic-
nuda pertrāsit. **E**t sicut sacre vo-
sonus cōtinuacōe p̄liū destruxit
et captiuauit: ita nūc sacerdo-
tus p̄dicatio p̄liū peccatōe subuigat
et captiuat: sicut dicit br̄is ap̄l̄s
paulus. **A**rma militie nre nō sūt
carnalia sed potentia deo ad de-
structionē munitionū. consilia
destruente. et oēm altitudinē
extollentē se aduersus scientiā
dei: et in captiuitatē redigentes
oēm itellectū in obsequiū xpi. **U**
dece igitur q̄ sacerdotū ligacōe
ta dictū ap̄l̄i qdā sūt arma uer-
borū: quib; destruit vana cogi-
tatio: et inflata superbia capti-
uatur. **S**eptem ergo dieb; sicut
scriptura dicit muri iherico sacer-
dotalib; tubis circūdati cecide-
rūt. **U**nde nos spūalib; spūalia
cōparātes. dicim⁹ q̄ i hoc septe-
nario numero nūc per sacerdo-
tes dei nō tam vna ciuitas des-
truitur: q̄ totius mūdi iiquitas
dissipatur. **N**ā sicut in singula-
ris vrbis nūcupacione vniuersi
mūdi habitus figurat: ita septe-
tē dierū circulo totius mūdi spa-
tia distingūtur: per que sacer-

dotaliū predicationū tube ip̄i se-
culo exadū anūciant iudiciū cō-
minātur. sicut scriptū est: qm̄ et
mūdus peribit et oīa q̄ ī mūdo
sunt. Qui autē uolūtate dei fa-
cit manet ieternū: donāte ip̄o
qui uiuit et regnat per oīa sēcla
seculoz amen.

**De gedcon sermo beati am-
brosh epi xxiiij.**

Eterna die audiui
fratres km̄. q̄ cū sub
arbore quercu gedcon
filius iuas tritici messē uirga
rederet angelo pronūtere audi-
re meruerit: ut a p̄tate īnuo-
cāret. **N**ec mirū est si electus ad
grānam. cū sub vmbra iā tūc
facere auas et uenerabilis sapi-
entiae dei predestinato ī carnā
onūs future misterio femēs se-
getes. sensibilia de latibulis fru-
menta produceret: electionēq̄
sanctoz a purgamentis ianis
palee sequestraret. **Q**ui tāqm̄
uirtutis exercitati sup-
fua ueteris hoīs cū eius actibz
deponentes: quasi ī torculari
ita ī ecclesia congregant. **E**cce-
lia enī torcular est fortis et exni-
t qua celestis uitis fructus exun-
dant. **G**edcon cū audisset q̄ p̄
eū dñs plebē suā a multitudie
hostiū liberaret. obtulit ī sacri-
fūcū hedū caprarū: cui⁹ carnem
sēdm̄ p̄ceptū angeli et azima su-
pra petram posuit. et ea iure p̄-
fudit. **Q**ue simul uirge canami-
ne quā gerebat angelus dei te-
tigit: et de petra ignis erupit:
atq̄ ita sacrificiū quod offerēba-

tur assūptū est. **Q**uo iudicio de-
claratū uidetur q̄ petra illa ty-
pū habuit corporis xp̄i: q̄a sc̄p-
tū est. **B**ibebant de cōsequenti
petra: petra autē erat xp̄s. **Q**uo-
utiq̄ nō ad diuinitatē ei⁹. sed
ad carnem relatum est: que si-
cientiū corda populoz per hē-
ni riuo sui sanguis ī vndauit.
Iā tūc igitur ī misterio declara-
tū est. quia dñs ihesus in carne
sua totius mūdi p̄cā crucifixus
aboleret: nec solū delicta factō-
rū. sed etiā cupiditates aīozū.
Caro enī hedi ad culpam facti
refertur. ius ad illecebras cupi-
ditatū: sicut scriptū est: quia
cōcupiuit populus cupiditatē
pessimā et dixerūt. **Q**uis nob̄
dabit carnes? **Q** igitur exten-
dit angelus uirgam et tetigit
petram de qua exiuit ignis:
ostendit q̄ caro dñi sp̄u reple-
ta diuino. p̄cā oīa hūane cō-
ditionis exuret. **V**nde et do-
minus ait. **I**gnē ueni mittere
ī terrā. **A**duertat igitur prudēs
lector et presagus futuroz su-
perna misteria: et ideo secūdu
oracula occidit vitulū. aut
patrem suū ydolis deputatū:
et septē aīalia imolauit deo.
Quo facto manifestissime re-
uelauit post aduentū dñi o-
nia abolenda gentilitatis
esse sacrificia: solūq̄ sacrificiū
deo dñice passionis pro religi-
one populi deferendū. **E**t enī
vitulus ille typū xp̄i refere-
bat. **S**eptem autem aīozū e-
rat: quia ī xp̄o septem sp̄uali-
um plenitudo uirtutū ut p̄sa-

pas dixit habitabat. **N**unc vitu-
lū et abraham obtulit: qm̄ diē
dñi vidit et gauisus est. Hic est
qui nūc ī hedi tppo. nūc ī ouis.
nūc ī vituli offerebat: hedi q
sacrificiū pro delictis sit. ouis
q volūtaria hostia. vitulus q
īmaculata sit hostia. Deniq
trecentos elegit ad preliū: ut
ostenderet non ī numero mul-
titudinis. sed ī sacramento cru-
cis mūdū ab īnursu grauiū
hostiū esse liberandū. **E**t tamē
licet fortis esset et fidens: pleni-
ora adhuc a dño future uicto-
rie inquirebat documēta dicēs.
Si saluas ī manu mea israhel
quēadmodū locutus es: ecce e-
go pono lane uellus in arca:
si ros factus fuerit sup uellus.
et super oēm terrā siccitas: cog-
noscam quia ī manu mea se-
cundū pmissa tua pplm̄ libera-
bis. **E**t ita factum est. **S**ed qd
adicit postea ut rursus ros
proflueret super totā terram
et siccitas esset in uellere: fi-
des erat ī iudea: quia sicut ros
uerba dei descendūt. **U**nde et
moyses ait. **E**xpectetur sicut
pluuia eloquiū meū: et descē-
dant sicut ros uerba mea. **E**r-
go quando infructuoso estu. to-
tus orbis gentili superstitione
uerebatur: tūc erat ros ille ce-
lestis uisitacōis ī uellere id est
in iudea. **P**ostea vero q oues il-
le que perierant dom⁹ israhel.
vnde puto figuram iudicia uel-
leris adumbratā: oues in q ille
fontem aque uiue negauerunt.
ros fidei ī pectoribz exaruit in-

deorū: atqz fons ille diuin⁹ in
corda genaiū diuinauit: quo
nūc fidei rore totus orbis hu-
mesat. **A**tuero iudei pphetas
suos et consiliarios perdidērūt
Nec mirū si perfidie subeūt sic-
citatem: qz dñs deus pphetis
ymbriū ubertate priuauit di-
cens. **M**andabo nubibz meis ne
pluant sup uincā istā. **E**t cū p-
phetice nubis pluuia saluati-
ficut et dauid dicit. **D**escende
sicut pluuia ī uellus. et cctā. **H**ic
nubes scripture diuine totū mū-
di pluuia pollicebatur: que spu-
diuini roris rigaret orbem sub
dñi saluatoris aduentu. **D**icit
ergo iam: uenit et pluuia. **D**icit
stilladiaz scāi celestia defecerūt
et ideo iā nos bibim⁹. qui ante
siccitabamus et diuinū illū spu-
ritū haustu iteriori potam⁹. **E**r-
ergo puidit sanctus gedeon: q
uerū et spūalem rorem etiā ge-
tes nationes q erant fidei per-
ceptione bibiture. **N**ō tamē or-
ose gedeon uellus nō in campo
posuit nec in prato: sed ī arca u-
bi erat messis tritici. **M**essis enī
multa. operari autem pauca
et q per fidem dñi in ecclesia
futura esset messis fecūda ui-
tutū. **N**ec illud otiosum est. q
exsiccavit uellus iudicū cetero-
rem eius misit ī peluim ut re-
pleret aqua: nō tñ ipse ex eo
rore pedes lauit. **A**n debebat
tanti progatiua misterii. **E**x-
pectabatur xps: qui sordes om-
niū posset abluere. **N**on enim
tantus gedeon: qui hoc sibi
terū vendicaret. **N**on enī ged-

on sed filius hoīs uenit nō mūstra-
 ri sed mūstrare. Rogo vos fratres.
 ut nō moleste accipiatis: q̄ ppter
 tardiores quosq̄ et simplices a-
 liquotiens ea que dīcūtur bre-
 uiter replicam⁹. Qui enī litte-
 rati et docti sunt deo p̄picio sine
 labore itelligūt que dīcūtur: re-
 liquis uero id est ydiotis atq̄ sim-
 pliabus nisi breuis recapitula-
 tio facta fuerit: timeo ne ex hīs
 que dīcūtur. paruū p̄fectū cape-
 re possint. Gedeon fratres dilec-
 tissimi. t̄p̄m gessit dñi saluato-
 ris. Et quia trecenti sedm̄ grecū
 cōpōtū cruce faciunt: ita tunc
 gedeon in trecentis uiris uideo-
 rū populū de crudelissīs genti-
 bus eripuit: quō postea xp̄s p̄
 misterū crucis totum gen⁹ hu-
 manū de p̄tate dyaboli libera-
 uit. Torcular ei ubi messem tere-
 bat: ecclesie t̄p̄m gessit q̄ messis
 que terebatur xp̄ianū populū
 designauit: que adueniens xp̄s
 uirgā discipline uel baculo cru-
 cis sue a peccatis id est a peccatis
 oībus separauit. Nam et ange-
 lus ille qui uenit ad eū: et ipse
 i t̄p̄o dñi accipit: Arbore sub q̄
 stetit et uirgā quā tenuit: cruce
 significasse manifestū est. Petra
 illa super quā gedeon obtulit
 holocaustum xp̄s erat: sed ei
 ap̄t̄us ait. Petra autē erat xp̄s.
 Hedus ille qui oblatus est: hūa-
 nū genus peccatis obnoxū de-
 signauit. Et uero angelus uir-
 gā sua tetigit petra et exiit ig-
 nis. et cōsumpsit hedū illum: et
 cruce tetigit xp̄m et de petra que
 erat xp̄s exiit ignis caritatis:

qui generis hūani peccatū cōsumpsit.
 De seipō ei uerus gedeon xp̄us
 i euangelio ait. Ignem ueni mit-
 tere i terrā: et quid uolo nisi ut
 accendatur? Thaurus uero que
 occidit. et ipse dñm figurabat:
 qui pro redemptione gn̄is hūa-
 ni oblatus est. Et autē septem
 ānorū erat: septēplurē gratiam
 sp̄s sancti qui in xp̄m uerit sig-
 nificasse uidetur. Uellus qd̄ in
 area posuit. et rogauit dñm ut
 i solo uelleze esset ros. et in om̄i
 terra siccitas. et factū est ita: et
 iterū rogauit ut uellus rema-
 naret siccū. et i tota area esset
 ros: significat populū iudeorū.
 area autē in toto mūdo pplm̄ d̄
 nū genāū. Et quia primo t̄p̄e
 ros uerbi dei in sola uideca fuit.
 et totus mūdus in siccitate per-
 mansit: ideo primū ros i uell⁹
 uenit. et area sicca fuit. Postea
 uero q̄ uidei xp̄m dñm occiderūt.
 per passionis iurā expressum
 est uellus: et remansit iudeorū
 ppl̄s aridus et siccus: et in totā
 aream id est i uniuersū mūdū
 ad om̄es gentes nō solum ros
 sed etiā pluuia uerbi dei et apos-
 toloꝝ flumīa puenerūt. Deni-
 q̄ uniuersa terra quasi area ro-
 re gracie sp̄ualis irrigatur: et
 ifelix synagoga ab om̄i humo-
 re et pluuia diuini uerbi sicca
 remansit et arida. Ut ergo sp̄u-
 alis hec pluuia. et ros diuine
 gracie perseueret i nobis. oīa
 que predicātur salubriter cogi-
